NO SICILY

FRANCISCI CARELLII

NVMORVM ITALIAE VETERIS

TABVLAS CCII

EDIDIT

CAELESTINVS CAVEDONIVS.

ACCESSERVNT

FRANCISCI CARELLII NVMORVM QVOS IPSE COLLEGIT DESCRIPTIO
F. M. AVELLINII IN EAM ADNOTATIONES.

LIPSIAE MDCCCL.
= 1850

SVMPTVS FECIT GEORGIVS WIGAND.

PARS PRIMA.

NVMI ITALIAE SVPERIORIS

VSQVE AD FRENTONEM ET SILARVM.

ETRVRIA.

VETVLONIA? *Aenei fusi.*

TAB. I.

1. Ancora, cuius nucleo inscriptum V, seu potius Λ, si eam inversam aspicias.
)(Rota radiorum septem, inter quos inscriptae litterae .И. √. ꟻ (*Dempsterus, Etr. Reg. T. I, tab. LXI,* 1. *Guarnacci, Orig. Ital. T. II, tav. XIV. Aes grave del Mus. Kircher. Cl. III, tav. VII; cf. Lanzi, Saggio, T. II, p.* 30. 106).
   Ancora inversa consideranda est, aeque ac in numis Abydi et gentis Iuliae, ut nota quinipondii, Λ, more etrusco scripta appareat.
2. Rota sex radiorum, quos inter scripta est littera √, ut videtur.
)(Rota sex radiorum, circa quam globuli decem appositi sunt.
   In aversa globuli duo deesse videntur, cum in integrioribus exemplaribus globuli duodecim, ad uncias totidem denotandas, exstent (*cf. Mus. Kircher. Cl. III, tav. III,* 1).
3. Bipennis; hinc ꟻ, inde I, assis nota: omnia intra circulum exstantem.
)(Rota sex radiorum.
   In aliis loco litterae ꟻ est lunula crescens; in aliis V (*Mus. Kircher. Cl. III, tav. IV,* 1), seu potius √ (*in Mus. Instit. Bonon.*).

VOLATERRAE. *Aenei fusi.*

TAB. II.

1. Caput virile vultu gemino, altero barbato, altero imberbi, pileo acuminato tectum.
)(IꓘOA√ Ǝꟻ; in media area obeli duo, nota dupondii (*Mus. Arigoniani T. III, tab.* 37; *T. IV, tab.* 2; *cf. Magnan. Miscell. T. I, tab.* 19). Numus valde suspectus.
2. Caput virile geminum, vultu utroque imberbi, pileo tricuspidi tectum.
)(Eadem aversa, variante litterarum forma. Diagramma expressum e numis uncialibus Card. Zeladae (*Tab. II. Dup.*). Numus manifesto spurius (*cf. Mus. Kircher. p.* 1 *et* 91; *Avellino, Bullett. Napolet. Ann. III, p.* 128).

TAB. III.

3. Similis praec. n. 1, sed vultu utroque imberbi, et littera secunda epigraphes forma ⊐ (*cf. Magnan, Miscell. T. I, tab.* 20, *n. I.*).
4. Caput geminum, vultu utroque imberbi, pileo acuminato tectum.
)(IꓘOA√ Ǝꟻ. Clava erecta inter duos obelos. (*Zelada Dupond. Tab. III*).

TAB. IV.

5. Similis praecedenti n. 4, sed cum unico obelo, nota scilicet assis (*v. Inghirami, Mon. Etr. Ser. III, tav. IV,* 1).
6. Alius, sed minoris formae, et variante litterae primae figura (*v. Cabinet de S. Genev. p.* 45, *n. I, II; cf. Mus. Kircher. p.* 91. de forma pilei depressa).
7. Similis praec. n. 5; sed sine clava (*Dempster tab. LVI,* 3? *cf. Mus. Kirch. Cl. III, tav.* 1, 2).
8. Caput geminum ut n. 5.
)(Eadem epigraphe. Delphinus exsiliens ad s. Similem exhibet Dempsterus (*Tab. LVI,* 1) et Arigonius (*T. III, tab.* 26), sed cum obelo ad delphini latus. Similis, sed paullo maioris moduli et cum gemino obelo in aversa depictus est ab Inghiramio (*M. Etr. Ser. III, tav. I*).

TAB. V.

9. Caput geminum pileo arcuato tectum.
)(Epigraphe eadem. In media area lunula crescens (*Mus. Arigoniani T. IV, tab. VII. cf. Dempster. tab. LVII,* 1; *Mus. Kircher. Cl. III, tav. I,* 3).
10. Caput geminum pileo acuminato tectum.
)(Eadem epigraphe, sed variante forma litterae primae. In medio clava et lunula, semissis scilicet nota. (*Gorii Mus. Etr. tab.* 196, 2; *Dempster. tab. LVII,* 1; *cf. Mus. Kircher. Cl. III, tav. I,* 3).
11. Alius similis, sed minoris moduli.

VOLATERRAE.

	Metallum. Stilus.	Magnitudo.	Pondus.		
1	AEa	G	344	Caput tutulatum Iani bifrontis.	)(Duo globuli, circa quos IΔOA√ Ǝꟻ.

Tab. VI.

12. 13. Adversa eadem.

)(Eadem epigraphe. Clava additis quattuor globulis (*Dempster. tab. LVII,* 4. 5).

14. Adversa similis.

)(Eadem epigraphe. In medio globuli quattuor linea recta dispositi (*Zelada, Tab. II trient. f.* 1).

15. Alius; sed in aversa tres tantum globuli (*Zelada, Quadrant. tab. VI,* 1).

16. Alius; sed in aversa clava et tres globuli in triangulum dispositi (*Dempster. tab. LVIII,* 2. 3).

17. Alius; sed in aversa globuli duo (*Dempster. tab. LVIII f.* 3*; Carelli, Descr. n.* 1).

18. Alius; sed in aversa clava additis duobus globulis (*Dempster. tab. LVIII,* 4).

19. Alius; sed caput geminum barbatum (*e Mus. Arigon. T. III, tab.* 31, *n.* 17). Numus suspectus, aut non accurate delineatus.

20. Alius similis; sed globulis duobus aliter dispositis.

21. Caput imberbe geminum pileo acuminato tectum.

)(Eadem epigraphe. In medio clava cum globulo (*cf. Mus. Kircher. Cl. III, tav. I.* 7).

22. Alius; sed in aversa globulus sine clava (*cf. Mus. Kircher. l. c.*).

23. FEVAΘΔI. Caput iuvenile bene comatum et laureatum ad d.

)(Epigraphe eadem, ordine retrogrado (*Avellino, Giorn. num. T. I, tav. II,* 2*; Opusc. T. II, tav. II,* 1).

Numus suspectus, vel potius spurius (*cf. Mus. Kircher. p.* 91).

POPVLONIA.

Numi 1—17 *sunt argentei;* 18 *et* 19 *aurei; reliqui omnes aenei, excepto fortasse* 31, *qui videtur argenteus.*

Tab. VII.

1. Caput Palladis galeatum fere adversum.

)(..V√ʌVʌ, luna et astrum? (*Micali, Ital. avanti i Rom. tav. LIX,* 2*; cf. Mionnet, Suppl. n.* 38).

2. Caput Herculis imberbe leonis exuviis tectum adversum; in area X.

)(Clava; in area V.. (*Eckhel, N. vet. tab. I,* 13).

3. Larva obversa exserta lingua; infra X.

)(? A√ʌVʌ. Luna, inter cuius cornua tridens; infra, X (*Eckhel, l. c. n.* 9). Ultima littera forte fuit V erosum (*cf. Millingen, Consid. p.* 166).

4. Larva similis; infra OXXO.

)(Duae regulae erectae a transversa decussatae? (*Eckhel, l. c. n.* 10).

5. Larva fere similis, infra X.

)(Caducei duo situ contrario dispositi (*Hunter, tab.* 43, *n. XXIV*).

6. Larva similis; infra X·X.

)(Polypi quattuor (*Micali. Ital. tav. LIX,* 3).

7. Caput Herculis obversum; infra X.

)(Aversa pura (*Sestini, Descr. num. vet. tab. I,* 3).

8. Larva ut n. 3; infra ·X:VX'

)(Aversa sine typo (*Eckhel, Num. vet. tab. I,* 11).

9. Larva fere eadem; infra X inter duos delphinos.

)(Aversa pura (*Micali, l'Ital. tav. LIX,* 1).

10. Polypus; infra X.

)(Aversa pura (*Micali, l. c. n.* 4).

11. 12. Caput virile barbatum laureatum; in altero pone ʎ.

)(Aversa pura (*Avellino, Suppl. ad Ital. vet. num. p.* 47, *n.* 36. 37).

13. 14. Caput iuvenile laureatum; in altero pone X.

)(Aversa pura (*Micali, l. c. n.* 5. 6).

In similibus, quos vidi, caput iuvenile laureatum pubescente gena notavi (*cf. Borghesi, della Gente Arria p.* 60 *seqq.*).

15. Caput iuvenile petaso alato tectum; pone lunula.

)(Aversa pura (*Micali l. c. n.* 10).

16. Alius fere similis (*Micali l. c. n.* 11).

17. Caput iuvenile laureatum; pone X.

)(S et oliva aut simile quid.

18. Caput iuvenile lunae crescenti impositum, ante quod forceps.

)(Aversa pura (*Micali, l. c. n.* 8).

19. Caput simile, pone quod X.

)(Aversa pura (*Micali l. c. n.* 9).

Similem numulum aureum Guarnaccius (*Orig. Ital. T. II, tav. XVIII,* 1) male Tudertibus adtribuit.

20. Caput Vulcani imberbe pileo laureato tectum; pone duo globuli, et incertum quid.

)(Malleus et forceps, intermediis duobus globulis; inferne, luna crescens et VΔA ꓘ Ǝꟻ (*Mus. Wiczay, P. I, p.* 16, *n.* 325*; cf. Mionn. Suppl. T. I, p.* 207. *n.* 75).

Sestinius hunc numum Veternae (nunc *Massa di maremma*) adtribuit (*Class. gen. p.* 11, *ed.* 2), verum esse numum Populoniae recusum animadvertit cl. Millingen (*Considerat. p.* 173)*;* qua in sententia fuisse et Carellium nostrum ex hisce tabulis nunc elucet.

Tab. VIII.

21—24. Caput Vulcani imberbe pileo laureato tectum; pone X.

)(AИV√ʌVʌ, malleus et forceps, intermediis quaternis binisve globulis, aut re incerta (*Eckhel, N. vet. tab. I,* 14. 15*; Passeri, Paralipom. tab. V,* 5*; Saggio di Dissert. Corton. T. III, p.* 1, *tav. n. XVI*).

25. Persona barbata planta palustri coronata; pone X, supra duo globuli.

)(AИV√. . . Arundo, ut videtur, rota serrata quadripartita, globuli quattuor, et res incerta (*Passeri, Paralip. tab. V, n.* 1*; Guarnacci, Orig. Ital. T. II, tav. XII,* 8*; Lanzi, T. II, tav. I,* 10, *sub Luna; cf. Eckhel, T. I, p.* 92).

26—28. Caput Palladis galeatum, additis duobus globulis, aut circulo, aut epigraphe vitiata.

)(AИV√ʌVʌ. Noctua duobus globulis insistens,

POPVLONIA.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AR a	E	106	Larva obversa lingua exserta; infra XX. Luna crescens. [Typus posticae huius numi, in quo lunam crescentem vidit auctor, satis erat incertus, nec facile poterat definiri, quum malleatoris vitio numus a matrice pene integer in aversa cudenda excesserit. Descriptus iam a me est in meo supplem. ad Ital. num. p. 2. n. 33.]
2	AR r	B†	20	Caput iuvenile laurea coronatum ad s. [In antica huius numi addenda luculenta nota IIΛ (i. e. VII), quam Carellius male omisit. Similes notae in ceteris numis Populoniae. Edidi numum hunc l. c. p. 2 n. 34.] Aversa sine ullo typo.
3	AE r	F	143	Caput Palladis galeatum ad d.; supra duo globuli. Noctua duobis globulis insistens; pone astrum; AHV√1V1. [Male exhibet Car. ultimum epigraphes elementum, cuius en formam in hoc numo: A. Editus numus in citato supplem. nostro n. 35.]

adiectis duobus astris, aut lunula inter duo astra (*Carelli Descr. n.* 3; *Eckhel Num. vet. tab. II*, 2; *Passeri, Paralip. tav. V*, 4).

29. Caput Mercurii pileo alato tectum; pone duo globuli et X intra lunulam.
)(AИV√ΛV.. Caducei duo contrario situ dispositi (*Eckhel Num. vet. tab. II*, 1).

30. Caput Herculis imberbe leonis exuviis tectum.
)(ИИVΛꓶVꓶ (sic). Clava et sagitta, intermediis duobus globulis (*Mus. Hederv. P. I, tab. I*, 13).

31. Caput Herculis barbatum leonis exuviis tectum; pone XXX.
)(Larva adversa horrida, exserta lingua.

32. 33. Caput iuvenile nudum.
)(Lunulae binae, et duo vel tria astra.

TELAMON? *Aenei.*

Tab. IX.

1. Caput Iovis barbatum diadematum, additis quattuor globulis et A√+.
)(Prora navis; superne A√+; infra quattuor globuli (*Lanzi, Saggio T. II, tav. II*, 5).

2. Caput geminum barbatum pileo acuminato tectum, adiunctis duobus globulis.
)(A√+. Prora navis (*Passeri, Paralip. tab. III*, 4; *Guarnacci, tav. XVII*, 9; *Olivieri, Fondaz. di Pesaro p.* 41, *tav. IV*, 3, sed additis quatuor globulis; *Lanzi l. c. n.* 4).

3. Caput imberbe galeatum.
)(Prora navis, infra, V+; superne lunula, ut videtur (*Guarnacci, tav. XX*. 9; *Lanzi, tav. II*, 6).

4—6. Caput iuvenile nudum; pone √Ǝ+ et duo globuli, vel IAꓶ, vel duo globuli tantum.
)(Tridens inter duos delphinos; in area duo globuli, aut globulus unus tantum (*Sestini, Lett. cont. T. III, tav. I*, 1, 2; *Hunter tab.* 27, *XV*).
Sestinius in adversa vidit caput Herculis imberbe. Micalius in numo simili (*Stor. tav. CXV*, 8) pro litteris √Ǝ+ exhibet √+Aꓶ.

7. Caput Herculis imberbe leonis exuviis tectum; pone globulus.
)(Tridens inter duos delphinos; in area globulus (*cf. Montfaucon, Suppl. T. III, Pl. XLVIII*, 9).

8. Caput Herculis? imberbe, circum quod litterae ИVM√A+ (*Talmun?*) et duo globuli.
)(Tridens inter duos delphinos et duos globulos. In hac epigraphe offendit in primis quarta littera formae latinae, non etruscae (*cf. Millingen, Consid. p.* 173).

PEITHESA? *Aenei cusi.*

Tab. X.

1. Caput Mercurii pileo alato tectum, ante quod AᛋƎOIƎΛ.
)(Noctua stans fere adversa (*Carelli, Descr. n.* 1).

2—3. Alii duo similes, sed epigraphe est in aversa (*Carelli n.* 2. 3; *Lanzi, tav. I*, 11).

4. Caput Apollinis laureatum, prominente retro pharetra.
)(Noctua eiusdem formae ac in praecedentibus, in area littera Λ vel Λ (*Carelli n.* 4).
Carellius, dum epigraphen invertit, perperam ex ea nomen Veiorum Latii effecit (*v. Avellino, adnot. ad Carell.*); unde etiam in hac tabula numos etruscos latinis admiscuit, quos hic inviti describimus, ne perturbetur ordo tabularum.

ALBA FVCENTIA LATII. *Argentei.*

5. Caput Palladis galea cristata tectum.
)(AɭBA. Aquila fulmini insistens ad d. et respiciens ad s. (*Pellerin, Rec. Pl. VII*, 5).

6—7. Caput idem.
)(Aquila stans ad d. sursum respiciens, sine epigraphe (*Carelli Descr. n.* 2. 3).

8. Caput Mercurii pileo alato tectum.
)(AɭBA. Gryphus volans aut currens (*Carelli, n.* 1).

SIGNIA LATII. *Argentei.*

9. Caput Mercurii petaso alato tectum, caduceo ad collum apposito.
)(Caput apri, iuncta ad collum persona Sileni.

10—11. Alii similes, sed sub typo aversae ᛋEIC (*Carelli, Descr. n.* 1; *Sestini, Lett. T. V, tav. II*, 12; *cf. Avellino adnot.*).
Capranesius sub capite Mercurii delphinum deprehendit (*v. Annali dell' Inst. T. XII, tav. P*, 2).

INCERTI. *Aenei fusi.*

12. 13. Glans querna calice suo instructa.
)(Σ aream totam occupat (*cf. infra Tab. XIII*, 3. 4).
Littera sive nota Σ, quam Carellius addubitans initialem archaicam nominis Signiae existimavit, indicat semunciam (*cf. Mus. Kircher. Cl. I, tav. V*, 7; *VI*, 7; *Lanzi T. II, p.* 119).

VEII.

[Graviter in horum numorum descriptione atque explicatione peccat Carellius. Eorum epigraphe, quod accuratissime semel atque iterum deprehendi, est AᛋƎOIƎꓶ, atque ex ea Veiorum nomen exsculpi nequaquam potest. Eam vero, quod noster facit, invertere, vetat omnino ultimi elementi A positus, quo duce epigraphe est collocanda.]

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE r	D	53	Caput Mercurii petaso tectum ad d.; ꓶEIOEϟA. Noctua stans.
2	AE r	D	36	Caput idem ad d. Noctua stans; ꓶEIOEϟA.
3	AE r	D	50	Caput idem petaso alato tectum. Noctua stans; AᛋƎOIƎ√.
4	AE r	D	38	Caput Apollinis laureatum, cuius ad humerum pharetra, ad s. Noctua stans eiusdem formae ac in praecedentibus; in area √.

ALBA ad FVCINVM.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AR a	D	25	Caput Mercurii petaso alato tectum ad d. Gryphus volans ad d.; infra AɭBA; numus concavus.
2	AR r	C†	11	Caput iuvenile galea cristata tectum ad d. Aquila alis expansis fulmini insistens.
3	AR r	C	10	Iidem typi, sed ex aliis formis.

SIGNIA.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AR rp²	B	13	Caput Mercurii petaso alato tectum, ante caduceus. Caput apri, iuncta ad collum Sileni effigie; supra lunula; infra ϟEIC. [Inscriptio videtur potius sic describenda ᛋEIC.]
*2	AE a	E	340	Glans querna. ϟ totam aream occupans.? [Ad hanc urbem pertinere hos numos plane incertum.]
*3	AE	E	222	Idem numus formae minoris.

AQVINVM LATII. *Aenei cusi.*

14—16. Caput Palladis galeatum.
)(AQVINO vel ONIVϱA, Gallus gallinaceus stans; pone astrum (*Carellii Descr. n.* 1. 2).

COSA HIRPINORVM. *Aenei cusi.*

17—19. Caput Palladis galeatum, ante quod COϟA.
)(COϟA. Caput equi frenatum (*Carellii Descr. n.* 1. 2).
20. Caput Martis barbatum galeatum.
)(COSA. Caput equi frenatum (*Eckhel, Sylloge I, p.* 18: *Lanzi tav. I,* 3).
Numus alter, in quo Carellius COϟANO scriptum ponit, teste Avellinio (*Adnot.*) habet ROMANO.

INCERTI CAMPANIAE? *Aenei fusi.*

Tab. XI.
1. Aper currens ad d., infra tres globuli.
)(Aper currens ad s., infra tres globuli (*Carellii Descr. n.* 1, 2).
2. Alius similis, sed in adversa et in aversa pariter superne ИMAꓘ (*Mus. Hederv. P. I, n.* 318).
3. Alius; sed KAM in utraque facie, et praeterea in aversa pone aprum venator stans d. extenta et s. elata (*Arigoni T. III, tab.* 29, *n.* 8).
4. Alius ut n. 3; sed in aversa scriptum KA, et in aversa V ƎAΔ (*Arigoni T. I, tab.* 18, *n.* 67).
Numi regionis incertae, Campaniae fortasse (*cf. Daniele, numism. Capuana p.* 166. 2), aut Apuliae. Epigraphe et venatoris figura ex illusione adrosi ab aerugine metalli in mente numographorum natae videntur (*cf. Avellino, Adnot. ad Carell.; Millingen, Consider. p.* 170). Id certo testificari mihi licet duos huius modi numos consideranti Musei Atestini, qui descripti sunt in Catalogo Wellenheim n. 371.

INCERTI ETRVRIAE. *Aenei cusi.*

Tab. XII.
1—2. Caput Herculis imberbe leonis exuviis tectum.
)(Canis currens; infra ꟿ (*Hunter, tab.* 35, *XXI; Mus. Kircher. tav. di suppl. cl. III,* 6).
3. Caput Mauri nudum, puerile ut videtur.
)(Elephas stans, cuius collo tintinnabulum appensum est; infra ꟿ (*Lanzi T. II, p.* 115, *tav. VII,* 12; *Mus. Kircher. tav. di suppl. cl. III,* 5).
4. Caput puerile, crispo capillo, ala ad humerum instructum.
)(Eadem aversa, sed sed sine littera.

PALACIVM VMBRIAE. *Aeneus.*

5. Caput Vulcani imberbe pileo conico tectum, addita ad humerum forcipe.
)(PALACꟿ. Larva adversa ore hiante horrida, alis sursum retortis instructa, et taenia dependente sub mentum colligata, e qua pedum aut simile quid suspensum est (*Sestini, Descr. num. vet. tab. I,* 2; *Sanclemente T. I, p.* 247; *Borghesi ap. Gennarelli mon. primit. dell' Ital. p.* 35. 36).
Epigraphe restituta a Borghesio est PALACINV, addita nota semissis S.

INCERTI. *Aenei fusi.*

Tab. XIII.
1. Numus formae oblongae; hinc M, inde duo globuli (*Arigoni, T. III, tab.* 30, *f.* 13. 16; *Mus. Kircher incert. tav. V,* 11. 12.)

AQVINVM.

Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1 AE r	E	98	Caput Palladis galea cristata armatum ad d. Gallus gallinaceus stans ad d.; retro astrum, ante ACVINO.
2 AE rp	E	126	Caput idem. Gallus gallinaceus ad s.; retro astrum; ante AQVINO. [Horum numorum epigraphe sic exhibenda fuerat ACVINO ONIVϱA. Numum 2 edidi in cit. suppl. p. 2 n. 2.]

COSA ad LIRIM.

[Cosam urbem ad Lirim positam nullam novimus. De Cosa amni, quo alluitur Frusino, mentio est sane apud Strabonem[a]); quem amnem in Lirin influere auctor est Cluverius[b]); sed de cognomine urbe ad Lirim mentio nullibi. Numos ergo COSANO inscriptos ad Hirpinorum Cosam certissime referendos esse puto. Nam Etruscis Cosis tribui non posse e fabrica, typis, epigraphe manifestum. De Cosa Hirpinorum mentio est apud Livium[c]), Plinium[d]), Velleium[e]), nomine tamen vetusto in Compsam inflexo, quae matura satis fuit vel corruptio vel orthographia. Sic enim legitur et in quibusdam inscriptionibus[f]), cum aliae tamen servent gentile Cossanus[g]), cui plane respondet τὸ COSANO numorum.]

Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1 AE r	D†	145	Caput galeatum ad d. Caput equi fraenatum ad d.: COϟA... [Integra videtur in hoc numo epigraphe fuisse COSA, non abrupta, ut Carellio visum.]
2 AE r	D†	112	Caput iuvenile galea cristata tectum ad s., pone astrum; ante COϟANO. Caput equi fraenatum ad s. ...ANO. [Numus hic perperam pro cosano descriptus, in quo manifestam epigraphen ROMANO in utraque facie deprehendi.]

* CAMARS, postea CLVSIVM.

[Melius hi numi nunc inter Italiae incertos describuntur. Epigraphe KAM vel KAMRAEV (literis etruscis) in numis similibus cum apro utrinque nititur paene sola arigonianorum ectyporum fide quae valde suspecta, item editoris musei wiczaiani, qui et ipse numos saepe corruptos exhibet[h]). Cl. Müllero orta est suspicio aliter epigraphen legendam esse, numosque ad Caere pertinere posse[i]). Nuper pro Umbris Camertibus stetit cl. Lepsius[k]).]

Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1 AE a	I	1510	Aper currens ad s.; infra tres globuli. Idem ad d.; infra tres globuli.?
2 AE a	L	1320	Iidem typi; sed vario artificio.?
3 AE a	K	1750	Caput apri; circum sex globuli. Lyra; sex globuli, tres ab unoquoque latere.?
4 AE a	H	960	Caput apri; infra globulus. Noctua.?

a) Lib. V, p. 237 Casaub.
b) Ital. ant. lib. III, cap. 10, p. 1076.
c) Lib. XXIII, cap. 1. XXIV, cap. 20 et 44.
d) Hist. nat. lib. III, segm. 16.
e) Lib. II, cap. 68. Videndus quoque cl. Müllerus (die Etrusk p. 348.)
f) PATRONVS. COMPS. Lupoli iter venus. p. 108. AEDILI. COMPSINORVM. Murat. p. MXXXIX. Frontino quoque est ager compsinus, p. 126 Goes.
g) INFERET. POENAE. NOMINE. REIPVBLICAE. COSSANAE. FOLLES. MILLE, Gruter p. DCCCX.
h) Tom. I, p. 15. Fidem inscriptionis KAM in his numis elevat quoque Sestinius (descriz. di molte medaglie greche tom. I p. 1).
i) Die Etrusk. p. 332.
k) De tabulis eugubinis partic. I, p. 41.

2. Alius formae ellipticae; hinc ᴍ, inde globulus (*Olivieri, fondaz. di Pesaro, tav. III, 7; Arigoni T. III, tab. 31, n. 19. 23. 24*).
3. Glans querna calice suo instructa.
)(ᴍ aream totam occupat (*Zelada tab. III Unc. n. 5; cf. supra tab. X, 12. 13*).
4. Alius similis a delineatore male expressus (*Arigoni, T. III, tab. 32, n. 26*).
Littera ᴍ seu potius ≤ in 3 et 4 numo nota semunciae esse videtur (*v. Mus. Kircher. Cl. I, tav. VI, 7*). Formae similis fuisse videtur *semuncia* ex instrumento rustico (*cf. Forcellini h. v.* §. 3).
5. Vas utrinque ansatum, supra quod littera ᴍ.
)(Rota radiorum quattuor (*Arigoni, T. III, tab. 34, n. 42; Mus. Kircher. Cl. III, tav. V, 6*).
Lanzius hunc aliosque similes nummos Sutrio adtribuit (*T. II, p. 119*). Littera ᴍ crateri superaddita, quae in asse et partibus eius omnibus invenitur, si vere est etrusca, de Statonia cogitare licet, cum *Statoniensia vina* laudentur a Plinio (*XIV, 8, 7*).

VMBRIA.

PISAVRVM. *Aenei fusi.*

TAB. XIV.

1. Caput barbatum laureatum? pone obelus; ante incertum quid, volsellae simile.
)(ƧIᑫ. Cerberus latrans; in exergo obelus, seu nota assis (*Olivieri, fondaz. di Pesaro p. 25; Guarnacci tav. XV, 3; Lanzi T. II, p. 646, n. 8*; qui non lauro sed hedera aut populo coronatum caput adversae dicit.)
2. Caput barbatum diadematum; pone quattuor globuli, ante ƧIᑫ.
)(Diota, cui insidet botrus foliis instructus; hinc ƧIᑫ; inde quattuor globuli (*Olivieri et Guarnacci ll. cc. Lanzi l. c. n. 9*).
Numi ambo conficti omnino videntur (*cf. Eckhel T. I, p. 97*). Avellinius eos prudens omisit.

TVDER.

Aenei omnes excepto ultimo tabulae XVI, qui est argenteus; plerique flati exceptis iis qui in tabula XXI delineati sunt.

TAB. XV.

1. Rota seu tympanum plaustri, inter cuius radios exstantes litterae ƎDƎ+V+ scalptae sunt.
)(Tres lunae crescentes intra duplicem circulum in triangulum dispositae circa orbiculum; in ambitu extremo duodecim globuli, nota assis (*Sestini, Lett. T. IV, p. 152, tav. unica n. 1*).
Epigraphe, litteris incusis, non extantibus, mihi plane suspecta, et postmodum superaddita videtur assi urbis Etruriae non satis certae (*cf. Mus. Kircher. Cl. III, tav. XI, 1*).
2. ƎDƎ+V+, canis dormiens; omnia intra circulum.
)(Lyra πεντάχορδος, cui superadditi quattuor globuli; in area d. lunula crescens, nota semissis (*Arigoni, T. III, tab. 28, n. 4*).
Globuli illi quattuor, in aversa superadditi, mihi admodum suspecti, cum ad numi valorem designandum sufficiat lunula semissis signum; nisi mavis numum hunc non semissem fuisse sed dextantem (*cf. Riccio, monete di Lucera, Cl. IV, f. 1; Mus. Hederv. P. II, tab. XII, 6*).

LVCERIA APVLIAE.

3. Duae regulae decussatae, in area + et √; omnia intra circulum.
)(Idem typus sine litteris (*Arigoni T. III, tab. 34, n. 38; cf. Riccio, mon. di Lucera, Cl. II, n. 3*).
Delineator tabularum musei Arigoniani notam quincuncis ⁙, fortasse non satis perspicuam, in litteram etruscam + mutasse videtur. Hinc deceptus Carellius nummum Lucerinum inter Tudertinos imprudens posuit.
4. Duae regulae decussatae, ut n. 3, sed partibus earum extremis inflexis.
)(Orbis seu rota denticulata? (*Arigoni T. III, tab. 34, n. 41; cf. Mus. Kircher. incerte, tav. V, 10*).
Numus hic, licet anepigraphus, aeque ac praecedens, Luceriae restituendus esse videtur.

TAB. XVI.

5. ƎDƎ+V+. Aquila stans, in area obelus, assis nota.
)(Cornucopiae fructibus refertum, spica et racemis hinc inde dependentibus (*Dempster. tab. LX, 1; Guarnacci, tab. XVIII; Mus. Kircher. Cl. II, tav. I, 1*).
In diagrammate Carellii delineator fortasse omisit obelum in parte inferiori aversae repetendum.
6. Alius similis, minoris moduli, sed duplici cum lunula in adversa (*Arigoni, T. III, tab. 36, n. 52, miscell.*).
In diagrammate Arigoniano additur lunula insidens cornucopiae in aversa, et in adversa utrumque E lunatum est (*cf. Eckhel T. I, p. 97*). Numus hic aliquatenus mihi suspectus.
7. ƎDƎ+V+. Canis dormiens; infra lunula, semissis nota.
)(Lyra; addita lunulae nota (*Arigoni T. III, tab. 28, n. 5; cf. Carellii Descr. n. 1—3*).

PISAVRVM.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
				[Numi hi ab Italia iure nunc exsulant. In eo, quem hic Carellius descripsit, visus sum olim non literas ..ΣA.. sed potius ..ΛEA.. mihi deprehendisse. Vide supplem. cit. p. 2. Et sane in simili numo epigraphen ΕΛΕΩ.. nuper deprehendit cl. Cadalvène[a]), qua motus numos hos ad Boeotiae κώμην, quae Eleon Straboni[b]) dicitur, refert. Qua re iam Pisauri numi Graeci explodendi omnino: Italici qui feruntur, dubitatione quoque non carent.]
1	AE r	E	118	Caput Palladis adversum galeatum. Cerberus gradiens ad s. ...ΣA...?

a) Recueil p. 154.

b) Lib. IX p. 404 ad 406 Casaub. Vide quoque Homer. Iliad. K. v. 266 ibique Eustath.

TVDERTVM.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE a	G†	680	Lupus cubans ad s. ƎDƎ+V+. Lyra trichordis; ad s. plectrum.
2	AE a	G	755	Iidem typi; sed plectrum ad d. [Quod plectrum vocat in his numis, nota est C vel Ↄ, quam satius cum Passerio pro semissis ducas nota, Lanzio tamen contradicente[c]).]
3	AE a	F†	742	Iidem typi; deest inscriptio. [Editus a me cit. supp. p. 2 n. 33.]
4	AE a	G	600	Manus caestu armata; quatuor globuli. Duae clavae, inter quas +V+EDE; quatuor globuli. [In hoc numo epigraphe describenda erat retrograda.]
5	AE a	G	425	Idem paullo diversus.

c) Saggio tom. II p. 29.

8. Alius similis, sed repetita epigraphe ƎᗡƎTVT in utraque numi facie, et in aversa addito globulo inter lunulae cornua (*cf. Bull. arch.* 1845, *p.* 183).

9. ƎᗡƎTVT. Canis dormiens: pone lunula.

)(Aversa pura et aliquantulum concava (*Carellii Descr. p.* 2, *n.* 6). Epigraphe non bene excepta videtur.

10. Canis dormiens.

)(Area pura (*Micali, l'Ital. av. i Rom. tav. LIX,* 7; *numus argenteus, e mus. Volaterrano*).

Numus hic propter fabricam Populoniae tribuendus videtur. De aversa typo destituta cf. infra tab. LXXXVII, 7.

Tab. XVII.

11. Manus caestu ligata, in area sex globuli; omnia intra circulum exstantem.

)(ƎᗡƎ+V+, scriptum inter duas clavas iacentes in diversum dispositas; in area sex globuli (*Arigoni, T. IV, tab.* 6).

Numus suspectus, cum typi ad trientem spectent, et semissis lunula, non globulis denotari soleat.

12—14. Manus caestu constricta; in area quattuor globuli.

)(ƎᗡƎ+V+, scriptum inter duas clavas iacentes; in area quattuor globuli (*Carellii Descr. n.* 4. 5; *Dempster. tab. LX,* 2. 3. 6; *Mus. Arigoni T. I, tab.* 16, *n.* 58).

Scripturam ƎЯƎ+V+ et ƎИƎ+V+ habent etiam Zelada (*Trient. tab. I,* 3) et Arigonius (*l. c.*).

15. 16. Rana; in area tres globuli.

)(V+, vel VꞀ. Ancora; in area tres globuli (*Zelada, Quadr. tab. II,* 4; *Arigoni, T. I, tab.* 18, *n.* 66; *T. III, tab.* 30, *n.* 11).

17. Aquila stans, ante +V+; in area quattuor globuli.

)(Cornucopiae fructibus refertum, racemo et spicis ex eo dependentibus; in area quattuor globuli (*Olivieri, fond. di Pesaro p.* 56, *tav. IV,* 5).

Notabiles sunt typi assis Tudertini in trientem inlati (*cf. Lanzi T. II, p.* 29).

Tab. XVIII.

18. 19. Tridens.

)(Cuspis hastae; in area duo globuli (*Zelada, Sext. tab. II,* 2; *Mus. Kircher. incerte tav. I,* 4).

20. Tridens inter duos globulos.

)(Ancora inter duos globulos (*Mus. Kircher. inc. tav. II,* 4).

21. Testudo inter duos globulos.

)(Protome draconis inter duos globulos (*Zelada, Sextant. tab. III,* 5; *cf. Mus. Kircher. cl. I. tav. XI,* 6).

22—25. V+, vel VꞀ. Tridens; in area unus aut duo globuli.

)(Cicada; in area unus aut duo globuli (*Arigoni T. III, tab.* 31, *n.* 21; *tab.* 32, *n.* 28; *cf. Dempster. tab. LIX,* 6).

26. Rana, aut bufo.

)(VΛ (leg. V+). Testudo inter duos globulos (*Arigoni, T. III, tav.* 35, *n.* 47).

Tab. XIX.

27—29. Diota, supra quam globulus.

)(V+, vel VꞀ. Cuspis cum globulo (*Arigoni, T. I, tab.* 21, *n.* 82; *T. III, tab.* 32, *n.* 30; *tab.* 33, *n.* 31).

Epigraphe numi 28 vitiata videtur.

30. Granum hordei? hinc V+, inde globulus.

)(Granum hordei cum globulo (*cf. Mus. Kircher. cl. I, tav. IV,* 6).

31. Uvae racemus.

)(Cuspis hastae (*Carellii descr. n.* 9; *Arigoni, T. III, tab.* 32, *n.* 27; *cf. Mus. Kircher. inc. tav. IV, A.* 3).

32. Cuspis hastae intra circulum exstantem.

)(Globulus intra circulum exstantem (*Arigoni, T. III, tab.* 18, *n.* 66; *Mus. Kircher. inc. tav. V,* 9).

Tab. XX.

33. Uvae racemus cum folio.

)(Cuspis hastae cum globulo (*Arigoni, T. III, tab.* 32, *n.* 27).

34. Clava et falx putatoria, inter quas globulus formae ovalis vel oliva posita est.

)(Typi iidem repetiti.

Clava et falx Herculem Silvanum videntur significare (*cf. Orelli inscr. n.* 4957; *Buonarroti medagl. tav. I,* 3).

35. Guttus cum globulo, intra circulum.

)(Falx messoria seu secula cum globulo, intra circulum (*Arigoni, T. III, tab.* 17, *n.* 57; *Mus. Kircher. inc. tav. V,* 8).

36. Astragalus.

)(Astragalus cum globulo (*Mus. Kircher. cl. I, tav. IV,* 6).

37. Astragalus cum globulo et clava.

)(Typi iidem repetiti (*Mus. Arigoni, T. III, tav.* 19, *n.* 74; *Mus. Kircher. cl. I, tav. V,* 6).

38. Globulus.

)(Granum hordei? (*Mus. Kircher. cl. I, tab. IX,* 6).

Incerti.

39. Rota quattuor radiorum.

)(Typus idem repetitus (*Mus. Kircher. cl. III, tav. III,* 6).

40. Rota sex radiorum.

)(Bipennis, cui imposita est lunula inversa (*Mus. Kircher. suppl. cl. III,* 3).

41. Luna crescens et astrum intra circulum exstantem.

)(Globuli septem, intra circulum exstantem (*Arigoni, T. III, tab.* 18, *n.* 62. 64; *Mus. Kircher. inc. tav. V,* 5).

Tab. XXI.

42. Persona Panis vel Sileni hedera et corymbis coronata.

)(ƎᗡƎ+V+. Aquila stans et sursum respiciens.

43. Alius similis, sed in aversa scriptum ƎᗡƎИV (*Carellii Descr. n.* 11; *cf. Avellinii Adnot. et Supplem. ad Ital. vet. num. p.* 2, *n.* 31).

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
6	AE a	G	548	Lupus cubans. Area aliquantum concava; absque ullo typo.
7	AE a	F	358	Bufo. Ancora? [In postica huius numi adde epigraphes *λείψανα* .. V, et duos obelos, ut noster loqui amat, quae male omisit.]
8	AE a	E	230	Vas ansatum. Cuspis hastae? [Et in hoc numo omisit obelum supra vas anticae.]
9	AE a	E	175	Botryon. Cuspis hastae?
10	AE r	D	53	Caput Sileni hedera coronatum ad d. Aquila stans ad s... +EDE. [Epigraphes *λείψανα* retograde erant describenda. Editus a me cit. supp. p. 2 n. 30.]
11	AE r	D	68	Iidem typi ƎᗡƎ++V (sic). [Huius numi epigraphen, qualem deprehendisse mihi visus sum, exhibeo: ΛNEΓE. Vide supplem. cit. p. 2 n. 31].
12	AE rp	C	35	Caput iuvenis Fauni, duobis cornibus e fronte prominentibus ad d. Cornu copiae fructibus et racemis refertum; ƎᗡƎ+V+. [Editus a me l. c. p. 2 n. 32.]

44. Caput imberbe longa et acuta aure spectandum.

)(ƎᗡƎ+V+. Cornucopiae fructibus refertum et vitta revinctum (*Carellii Descr. n.* 12; *Avellinius Adnot. et Suppl. ad Ital. vet. num. p.* 2, *n.* 32).

In diagrammate Carelliano *cornua e fronte turgentia,* a Carellio pariter et Avellinio notata, delineatoris oscitantia omissa videntur.

45. 46. Caput imberbe pileo sive galea insolitae formae tectum.

)(ᐊƎ+V, ᐊƎ+V+. Scrofa cum tribus suculis, quorum duo ad ubera (*Morelli, specimen tab. VIII,* 4; *Lanzi, tav. VI,* 11; *Mus. Kircher. suppl. cl. II,* 2).

In aversa suem albam Aeneae cum Lanzio (*T. II, p.* 90) agnosco. Caput adversae Aeneam referre videtur, qui similem pileum in vase picto ad promontorium Sigeum reperto et in moneta Berytidis Troadis gerit (*Inghirami, m. Etr. Ser. VI, tav. T.* 5, *n.* 8; *Mus. Hunter tab.* 13, *III*). De scrofa et suculis videsis Eckhelium (*T. V, p.* 320) et Borghesium (*Decade XI,* 8).

IGVVIVM.

Aenei sunt, fusi omnes et magnitudine insignes, cum notis assis et partium eius.

Tab. XXII.

1. Rota solis.

)(INI⊐VꓘI. Luna crescens inter quattuor astra; in media area obelus nota assis (*Dempster. tab. LIX,* 4; *Passeri Paralip. tab. IV,* 1).

2. 3. Luna crescens cum duobus astris; in media area granum hordei videtur esse.

)(<NIƆVꓘI, vel IN⊐VƆII. Astragalus vel simile quid (*Passeri Paralip. tab. IV,* 2).

Tab. XXIII.

4. Rota solis.

)(INI⊐VꓘI. Luna crescens (*Passeri Paralip. tab. IV,* 3).

5. Olivae tres ex uno ramo dependentes intra circulum exstantem.

)(IKVVIN. Duo pisces caudis coniunctis, inter quos globulus (*Sestini, Lett. cont. T. IV, tav. I,* 1).

In adversa uvam vidit Sestinius, non consentiente diagrammate. Mira est scriptura IKVVIN, cum in aliis omnibus retrograda sit pariter ac in tabulis Iguvinis.

6. Duo globuli intra circulum exstantem.

)(INIᖷVꓘI. Ramus intra circulum exstantem (*Avellino giorn. numism. T. I, tav. I,* 1; *opuscoli T. II, tav. II,* 2; *Mus. Hederv. P. I, tab. I,* 14; *cf. Mus. Kircher. suppl. f.* 2, *ubi scriptum* <NI⊐VꓘI).

7. Concha cum duobus globulis.

)(IK. Area pura vel detrita.

8. ΔV⅃1V⅃II. Cornucopiae cum globulo et lunula aut circuli exstantis reliquiis.

)(Forceps cum tribus globulis, intra circulum exstantem (*Reposati zecca di Gubbio p.* 11; *cf. Passeri Paralip. tab. III,* 2; *Mus. Kircher. cl. II, tav. III,* 6; *Bullett. arch.* 1833 *p.* 160).

Numus male exceptus a delineatore, praesertim in epigraphes descriptione.

9. Cornucopiae, e quo ramusculus eminet.

)(Forceps cum quattuor globulis (*Zelada Trient. tab. II,* 2; *Mus. Kircher. cl. II, tav. III,* 5, *ubi inscribitur* INI⊐VꓘI).

ARIMINVM. *Aenei cusi.*

Tab. XXIV.

1. Caput Vulcani barbatum pileo conico tectum.

)(ARIM, in al. MIꓤA. Mars Gallicus gradiens, d. praelongum gladium districtum gerens, s. scutum ἀνδρομηκές, prominente retrorsum gladii vagina (*Carellii descr. n.* 1. 2; *cf. Mus. Kircher. in descriptionis fronte*).

In descriptione et figuris Carellianis omissa est *laurea,* quae pileum Vulcani exornat, et torques, quo Martis Gallici collum cingitur. Mars idem in diagrammate primo galeatus apparet, cum in archetypis capite nudo sit et coma incompta

PICENVM.

ANCONA. *Aeneus cusus.*

2. Caput Veneris lauro vel potius myrto cinctum.

)(ΑΓΚΩΝ. Brachium muliebre cubito inflexo, manu ramum palmae portante: intra flexum brachii duo astra (*Carellii descr. n.* 1).

Astra geminos Helenae fratres *lucida sidera,* navigantium tutelam praesentem designare videntur.

HATRIA. *Aenei fusi.*

Tab. XXV.

1. Caput fronte calvum diadematum plena barba adversum, addita littera H.

)(Canis dormiens, infra HAT (*cf. Mus. Kircher. cl. IV, tav. III, A,* 1. 2).

2. Caput idem sine littera.

)(Typus idem, infra H (*Zelada Ass. tab. V,* 1).

Tab. XXVI.

3. Caput iuvenile pulchre comptum; infra obelus assis nota.

)(Gallus gallinaceus stans (*Zelada Ass. tab. X,* 1).

Caput adversae, quod muliebre videri possit, in aliis exemplaribus laureatum est (*Mus. Kircher. inc. tav. I,* 1), et Apollinis esse videtur, quocum bene coniungitur gallus gallinaceus diei nuntius (*cf. Eckhel num. vet. p.* 154). Gallus gallinaceus etsi in aliis Hatriae numis reperitur, tamen fabrica huius numi aliorsum eum amandat.

ARIMINVM.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE r	D	85	Caput virile galea cristata tectum ad s. Miles galeatus scutum oblongum et binas hastas gerens ad s., infra ARIM. [Visus est mihi hic numus, cum eum describerem, solitum barbatum caput galea vel pileo conico textum exhibere].
2	AE r	D†	93	Caput virile barbatum galea conica tectum ad s. Eadem aversa, ac in praecedente; infra MIꓤA.

ANCONA.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE rp	E	166	Caput Veneris laureatum, capillis ad collum in nodum revinctis ad d. Brachium muliebre cubito inflexo, et manu palmae ramum tenente; in area duo astra; ΑΓΚΩΝ.

HATRIA.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE a	I	1625	Delphin ad d.; HAT. Raia ad d.; tres globuli. [Corrigendum: Raia ad s.]
2	AE a	H	1301	Pes humanus ad d.; HAT. Gallus gallinaceus ad s.; duo globuli.

4. Caput muliebre passis crinibus retro reiectis e concha turbinata eminens; infra **HAT**.
)(Pegasus volans; infra quinque globuli (*Zelada*, *Quinc. tab. I*, *f.* 1; *cf. Mus. Kircher. cl. IV, tav. II*, 2).

5. Caput iuvenile pulchre comptum, additis quattuor globulis.
)(**HAT**. Crater vel carchesium (*Arigoni T. I tav. XV*, 50; *cf. Mus. Kircher. cl. IV, tav. II*, 3).

ASCVLVM APVLIAE?

TAB. XXVII.

6. **A**, addito **Σ**, fortasse nota semunciae.
)(⋈ totam aream occupans (*Zelada, Unc. tab. I*, 3; *cf. Hunter tab.* 12, *XXIII*; *Pellerin, Rec. pl. CXVII*, 3; *Mus. Kircher. cl. IV, tav. II*, 7).
Huiusmodi numos, qui Hatriae et Asculo Piceni tribui solent, Avellinius non sine probabili ratione Asculo et Herdoniae attribuit (*Bull. arch. Napol. T. II, p.* 36). Animadvertas tamen signum aversae ⋈ vel ✕, non esse elementum alphabeti latini octavum, sed notam incertae explicationis, quae in numulo Alliphae quoque aliisque Magnae Graeciae invenitur (*cf. Fiorelli Annali numism. p.* 10—11).

7. **A**, totam occupans aream.
)(Caduceus (*Zelada Unc. tab. I*, 4; *Mus. Kircher. cl. IV, tav. II*, 8).
Hic numus pariter ac praecedens Asculo Apuliae restituendus videtur.

---

8. 9. Caput idem ac n. 1 addita epigraphe **HAT**.
)(Canis dormiens; infra obelus assis nota (*Zelada Ass. tab. IV*, 1, 2).

TAB. XXVIII.

10. 11. **HAT**. Delphinus.
)(Raia vel bufo marinus additis tribus globulis (*Carellii descr. n.* 1; *Arigoni T. III, tab.* 8; *Gorius tab.* 197, 4; *cf. Mus. Kircher. cl. IV, tav. II*, 4, *p.* 32).

VENVSIA APVLIAE.

TAB. XXIX.

12. Delphinus exsultans.
)(Typus idem, additis duobus globulis (*Mus. Kircher. inc. tav. III*, 3).
Numum hunc anepigraphum collatis similibus monogrammate **VE** signatis Venusiae Apuliae restituit Avellinius (*Bullett. archeol. Napol. T. II, p.* 34. 35).

---

13. 14. Gallus gallinaceus stans, additis duobus globulis.
)(**HAT**, vel **TAH**. Calceus (*Carellii Descr. n.* 2; *Zelada Sextant. tab. I*, 2; *Gorius, tab.* 197, 3).
Calceus hic vel caliga fortasse est *pero* priscis Latinis proprius (*Aeneid. VII*, 690). De gallinis Hadriensibus vide *Spicil. numism. p.* 12.

15. Caput imberbe pileo aut galea rotunda tectum.
)(Calceus eiusdem formae, apposito globulo (*Zelada Unc. tab. II*, 10).

16. Ancora.
)(Globulus in area media, circum eum litterae **TAH** (*Zelada Unc. tab. I*, 2; *Mus. Kirch. cl. IV, tav. II*, 6).

17. Ancora et **H** littera.
)(**T**, supra globulus.
Numus idem fortasse cum praecedenti, epigraphe aversae ex parte detrita.

POPVLONIA ETRVRIAE. *Argenteus.*

TAB. XXX.

1. Caput Palladis galea cristata tectum, paene adversum.
)(Epigraphe et typus pariter vitiati, ob numum bis pluriesve monetarii culpa percussum (*Sestini d. num. vet. tab. I*, 6).
Sestinius cum primum concordiam Vesciae cum Minturnis in hoc numo vidisset, postea Populoniae restituendum esse intellexit (*Classes geograph. p.* 12 *ed.* 2; *cf. Millingen Consid. p.* 206). Numum esse Populoniae vitiatum patebit conferenti hoc diagramma cum num. 1 tabulae VII.

VESTINI? *Aenei fusi.*

2. **VES** aream totam occupans.
)(**L** retrogradum formae archaicae, pariter totam aream occupans (*Mionnet, Suppl. T. I, p.* 222, *n.* 176).

VENVSIA APVLIAE. *Aeneus fusus.*

3. Concha pecten.
)(**VE**. Lunulae tres in triangulum dispositae (*Bullett. arch. Napol. T. II, tav. II*, 2).
Venusiae Apuliae non Vestinis adsignandum hunc numum docuit Avellinius (*l. c. p.* 35).

---

4. Caput vituli obversum, supra duo globuli.
)(**VES**. Luna crescens (*Mus. Kircher. cl. IV, tav. III, B*, 1).

5. Conchae pectinis interior pars, infra **VES**.
)(Bipennis cum globulo (*Avellino, giorn. numism. T. II, tav. II*, 1; *Opusc. T. II, tav. II*, 3; *cf. Mus. Kircher. cl. IV, tav. III, B*, 2).

HATRIA ET ASCVLVM PICENI.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE a	F	335	**H** totam numi aream occupans. **AS**; littera **S** draconis formam mentitur.

*ROMA.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AR r	E	78	Caput muliebre galea alata et cristata tectum ad d.; pone **X**; infra **ROMA**. Mulier galeata et tunicata duobus clypeis insidens, et sinistra hastae innixa; ad pedes galea; hinc et illinc avicula volans; ante lupa gemellos lactans.
2	AR	D†	61	Idem numus, minoris formae.
3	AE r	H	966	Caput Iani bifrons; supra obelus. Prora navis; supra clava; pone obelus; infra **ROMA**.
4	AE r	H	794	Iidem typi sine clava; supra proram obelus.
5	AE a	L	2800	Caput Iovis laureatum ad s. Prora navis; supra **S**.
6	AE r	G	474	Caput Iovis laureatum ad d. Prora navis; supra arista; infra **S**; in area **ROMA**.
7	AE a	K	1976	Caput Palladis galeatum ad s.; infra quatuor globu Prora; infra quatuor globuli.
8	AE r	G	463	Caput idem ad d.; supra quatuor globuli. Prora; infra quatuor globuli; supra **ROMA**.
9	AE r	F	472	Caput Mercurii petaso alato tectum ad d. Prora; infra duo globuli; supra **ROMA**.
10	AE r	E	112	Caput idem ad d. Eadem aversa ac in praecedente.
11	AE r	D†	6	Caput idem ad d. Prora; supra **Σ**; ante **Ⱶ**.; infra **ROMA**.

LATIVM.

ROMA. *Aenei.*

Tab. XXXI—XXXIV fusi maximi moduli, tab. XXXV cusi.

TAB. XXXI.

Decussis. Victoria in citis bigis; infra ROMA; supra X.
)(Prora navis; supra X (*Arigoni, T. III, tab.* 23—24).

TAB. XXXII.

Decussis. Caput muliebre galea cristata tectum; pone X.
)(Prora navis; supra X (*Zelada Decuss. tab. I; Gorii Mus. Etr. tab.* 196; *Mus. Kircher. cl. I, tav. I*).

TAB. XXXIII.

1. *Decussis.* Caput muliebre galeatum, ante id cuspis hastae.
)(Prora navis; superne X; infra cuspis hastae (*Arigoni, T. III, tab.* 21—22; *Magnan. Misc. T. I, tab.* 30).
2. *Tripondium.* Caput muliebre galeatum; pone tres obeli, tripondii nota.
)(Prora navis; superne tres obeli (*Zelada Tripond. tab. I; Mus. Kircher. cl. I, tav. II,* 1, 2).

INCERTVS.

3. *Dupondium.* Caput muliebre galeatum; pone dupondii nota.
)(Rota sex radiorum, inter quos repetita dupondii nota (*Arigoni T. IV, tab. I; Mus. Kircher. cl. I, tav. VIII,* 1).

TAB. XXXIV.

1. Caput muliebre galeatum obversum.
)(ROMA. Bos gradiens et respiciens; supra Ⱶ (*cf. de Lama tavola Veleiate p.* 58; *Mus. Kircher. suppl.* 1).

2. Alius similis, sed minoris moduli, et vitiata littera Ⱶ in parte aversa (*Molinet, Cab. de Sainte Geneviève, p.* 47, *n. VI. VII*).
Hi asses Luceriae in Apulia fusi videntur, et addendi classi IV numorum Luceriae a Riccio nuper editorum (*cf. Bullett. arch. Napol. T. II, p.* 99).

TAB. XXXV.

Tabulae huius numi fere omnes excepti videntur e tabula secunda thesauri Morelliani, inscripta ROMA.

1. Caput Iani bifrontis barbatum, cui impositus obelus, assis nota.
)(ROMA. Prora navis; supra assis nota repetita.
2. Caput geminum imberbe laureatum.
)(ROMA. Prora navis.
In diagrammate Morelliano (*ROMA, tab.* 2, *n. III*) facies utraque faciem Pompeii Magni referre videtur.
3. Caput Iovis barbatum laureatum; pone S.
)(ROMA. Prora navis; supra S.
4. Caput muliebre galea corinthia tectum; pone globuli quattuor.
)(Prora navis; supra ROMA et Victoria volans d. coronam protendens.
5. Caput muliebre mitella ornatum; pone quattuor globuli.
)(ROMA. Hercules nudus stans s. Centaurum capillis prehensum tenet, d. clavae ictum eidem intentat.
6. Caput Herculis imberbe leonis exuviis tectum; pone tres globuli.
)(Prora navis; infra tres globuli; supra ROMA; ante monogramma (*Morelli, ROMA, tab.* 3, 1; *cf. Riccio, famigl. Rom. p.* 194).

7—9. Caput iuvenile apri exuviis tectum; pone tres globuli.
)(ROMA. Taurus lasciviens, inter cuius crura anguis in

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
12	AE r	F	269	Caput mulieris galeatum ad s.; pone globulus.
				Prora; infra globulus; supra ROMA.
				Sequuntur numi inscripti ROMA, cusi extra urbem.
13	AR rp	E	124⎫	Caput Apollinis laureatum ad d.
14	AR rp	E	126⎭	Equus saliens ad s.; supra ROMA.
15	AR rp	E	130	Caput Martis galeatum ad d.; pone clava.
				Equus saliens ad d.; supra clava; infra ROMA.
16	AR rp	E	122	Eiusdem numi aliud exemplar aliquantum detritum.
17	AR rp	E	132	Caput Martis tectum galea, in qua Pegasus volans.
				Caput equi frenatum; pone falx; infra ROMA.
18	AR r	D	58	Caput Martis galeatum ad d.
				Eadem aversa sine falce. ROMA (detritus).
19	AR rp	F	129	Caput Iani bifrons laureatum.
				Iupiter in quadrigis, aurigante Victoria, dextra fulmen, sinistra sceptrum tenet ad d.; infra ROMA literis incusis.
20	AR r	D†	124	Iidem typi, sed literae excusae.
21	EL rp	D	54	Eadem adversa, sine laurea.
				Eadem aversa, sine inscriptione.
22	AE rp	G	496	Lupa gemellos lactans, infra duo globuli.
				Aquila clavae insistens; rostro florem tenet; pone duo globuli, ROMA.
23	AE rp	H	967	Caput muliebre laureatum et cincinnatum ad d.; pone quatuor globuli.
				Hercules clava armatus cum Centauro pugnans; quatuor globuli; infra ROMA.
24	AE rp	G	496	Caput Cereris spicis coronatum ad d.
				Quadriga; supra Ⱶ.; infra draco et quatuor globuli; ROMA.
25	AE r	G	443	Caput Apollinis laureatum ad d.; pone Ⱶ.
				Dioscuri equitantes cum hastis ad d.; infra quinque globuli; ROMA.
26	AE rb	F	242	Caput radiatum adversum, pone globulus.
				Luna crescens, et duo astra, inter quae globulus; infra ROMA.
27	AE r	E	99	Caput mulieris turritum ad d.
				Caput currens; infra ROMA.
28	AE rp	D	50⎫	Caput Apollinis laureatum ad d.
29	AE	D	59⎭	Equus frenatus saliens ad s.; infra ROMA.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
30	AE	C†	57	Eiusdem numi aliud exemplar; minoris formae.
31	AE rp	D	49⎫	Caput Martis imberbe galeatum ad d.
32	AE	D	49⎭	Caput equi fraenatum; pone falx; infra ROMA.
33	AE rp	C	36⎫	Caput iuvenile galea phrygia tectum ad d.
34	AE	C	29⎭	Canis gradiens; infra ROMA.
35	AE r	E	104	Caput Herculis rictu leonis tectum ad d.
				Pegasus volans; supra clava; infra ROMA.
				Numi inscripti ROMANO, percussi in coloniis vel civitatibus foederatis.
36	AR rp	E†	136	Caput Herculis vitta redimitum ad d.; ad collum clava et leoninae pellis lacinia.
				Lupa ad d. capite retroverso gemellos mammis admotos lingens. ROMANO.
37	Pell. rp	E	131	Caput Apollinis laureatum ad s.; ante ROMANO.
				Equus saliens ad d.; supra astrum.
38	AR rp	E†	142	Caput Martis galeatum ad s.
				Equi caput frenatum, ad cuius collum in tessera extante ROMANO; pone arista.
39	AR rp	E	143	Caput idem; pone quercus folium cum glande.
				Eadem aversa ac in praecedente.
40	AR rp²	E	130	Caput iuvenile galea Phrygia tectum ad d.; retro stella.
				Victoria seminuda stans corollam palmae ramo adligat; in area ΙΙ; pone ROMANO.
41	AR rp	E	133	Caput idem; pone ala.
				Eadem aversa; in area O.
42	AR r	E	128	Caput idem; pone canis gradiens.
				Eadem aversa; in area K.
43	AR rp²	E	113	Caput idem; pone clava.
				Eadem aversa; in area Γ Γ.
44	AE r	E	170	Caput muliebre vitta redimitum ad s.
				Leo gradiens ad d.; infra ROMANO.
45	AE r	E	172	Caput idem.
				Eadem aversa.
46	AE r	D	105	Caput iuvenile galeatum ad s. ROMANO.
				Caput equi frenatum ad s. ROMANO.
47	AE r	D	105	Caput idem sine inscriptione.
				Caput equi frenatum ad d. ROMANO.

spiras se erigit; supra tres globuli, addita saepe spica (*Morelli, ROMA, tab.* 2, *IV; cf. Mus. Kircher. cl. I, tav. XII, B*, 7—9).

10. Caput Mercurii petaso alato tectum; supra duo globuli.
)(ROMA. Prora navis uelphino exornata, intra quam duae figurae; infra duo globuli.

11. Caput muliebre galea cristata tectum; pone globulus.
)(ROMA. Prora navis ut in praec. sine figuris; infra globulus.

AENEI QVADRATI MAXIMI MODVLI.

Roma.

Tab. XXXVI.

Quinipondium. — Aquila adversa volans fulmen unguibus arreptum ferens.
)(ROMANOM. Pegasus volans (*Eckhel, Sylloge I, tab. IX; cf. Bull. dell' Inst. arch.* 1844, *p.* 49 *segg.*).
Numisma simile e mus. March. Guadagni Florentiae laudat Lanzius (*Saggio, T. II, p.* 126, 1).

Tab. XXXVII.

1. Bos gradiens ad d.
2. Bos gradiens ad s.
3. Alius similis minoris moduli.

1 et 2 fortasse iungendi sunt, ut partes antica et postica eiusdem numismatis, similis illi, quod e Mus. Borgiano laudat Lanzius (*T. II, p.* 127, *n.* 7; *cf. Molinet, Cab. de Sainte-Genev. p.* 47, *n. V; Gennarelli, mon. primit. p.* 13. 22).

Tab. XXXVIII.

Elephas ad d. gradiens.
)(Sus vel aper ad s. gradiens (*Riccio, Med. di Fam. Rom. tav.* 67, *ed.* 2)
Similes descripsit Lanzius (*l. c. p.* 126, *n.* 2), qui in aversa scrofam vidit, et docte animadvertit elephantos in Italia primum visos esse Pyrrhi regis bello; ut numi hi fusi videantur seculo urbis quinto ad finem vergente.

Tab. XXXIX.

1. Caduceus taenia pendente exornatus.
)(Tridens pariter taenia pendente exornatus (*Inghirami, Mon. Etr. Ser. II, tav.* 2—3; *cf. Lanzi, T. II, p.* 127, *n.* 3).

2. Diota.
)(Lineae obliquae extantes (*cf. seq. tabula XLI*).
Fragmentum numismatis quadrati incerti, mihi aliunde incomperti.

Tab. XL.

1. Parazonium Romanum.
)(Parazonii vagina.
Simile laudat Lanzius (*T. II, p.* 127, *n.* 4) e museis Guadagnio et Borgiano; unde probabile fit diagramma Carellianum exceptum esse e museo R. g. Neapolitano (*cf. Riccio, Med. di Famigl. Rom. p.* 249, *n.* 1, *ed.* 2).

2. Gallina sive pullus pascens.
)(Tridens.
Fragmentum videtur numismatis, in quo ab altera parte pulli duo et duo astra, ab altera duo delphini et tridentes duo (*cf. Lanzi l. c. n.* 5 *et Revue num.* 1844, *p.* 276).

Tab. XLI.

1. Bos ad d. stans et respiciens.
)(Spina vel simile quid (*Passeri, Paralip. tab. II; Olivieri, Fondaz. di Pesaro, tav. I; Lanzi, l. c. n.* 8).
2. Spina similève quid.
)(Delphinus (*Passeri, tab. I,* 2; *Olivieri, tav. II*).
3. Spina similève quid.
)(Typus idem repetitus (*Passeri, tab. I,* 1; *Olivieri, tav. III*).
4. Spina similève quid, additis ad singula internodia binis globulis (*Passeri, tab. III; Olivieri, tav. I,* 3. 4. 5).

ASSES ET PARTES EIVS.

Tab. XLII.

1. Caput imberbe galea phrygia tectum; pone obelus.
)(Rota sex radiorum, inter quos repetitus obelus, assis nota (*Arigoni, T. I, tab.* 11; *cf. supra tabula XXXIII,* 3; *Mus. Kircher. Cl. I, tav. VIII,* 2).
2. Caput iuvenile galeatum; pone duo obeli.
)(Prora navis; supra duo obeli (*Zelada, Dupond. tab. I,* 1. 2; *Mus. Kircher. Cl. I, tav. II,* 3).
3. Caput Iani bifrons barbatum.
)(Prora navis; supra obelus (*Zelada, Ass. tab. I,* 1).

Lvceria Apvliae.

4. Caput Herculis imberbe leonis exuviis tectum, clava ad collum transverse apposita.

---

*INCERTI ETRVRIAE et LATII.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE a	L	2807	Caput iuvenile galeatum ad s.; infra S. Caput iuvenile compta caesarie ad s.; pone falx; infra S.
2	AE a	K†	1926	Caput equi dextrorsum; ad collum quatuor globuli. Idem in aversa, sed ad s.
3	AE a	I	1339	Equus currens ad s.; circum quatuor globuli. Rota sex radiorum, inter quos quatuor globuli.
4	AE a	K	2624	Taurus saliens ad s.; inter crura S. Rota sex radiorum; in uno ex segmentis S.
5	AE a	H	1055	Canis currens ad s.; infra tres globuli. Rota ut in praecedentibus; inter radios tres globuli.
6	AE a	G†	1098	Testudo. Rota sex radiorum.
7	AE a	F	448	Vas. Rota quatuor radiorum.
8	AE a	E	174	Vas ansatum. Rota, similis praecedenti.
9	AE a	I	995	Manus dextera obversa vola, passis digitis; pone tres globuli. Manus sinistra eodem modo; pone tres globuli.
10	AE a	I	1653	Eadem adversa ac in numo praecedente. Duo grana hordei, inter quae tres globuli.
11	AE a	F	612	Granum hordei; pone globulus. Eadem adversa, ac in praecedente.
12	AE a	K	2190	Fulmen; quatuor globuli. Delphin ad d.; infra quatuor globuli.
13	AE a	I	1594	Fulmen. Clava.
14	AE a	G	697	Clava. Duo globuli; numus oblongus.
15	AE a	F	166	Clava. Globulus; eiusdem formae.
16	AE a	H	808	Concha pecten; duo globuli. Eiusdem conchae pars aversa.
17	AE a	H	950	Concha ut in praecedente. Caduceus; duo globuli.
18	AE	H	720	Idem numus, defectu metalli in fusione non integer.
19	AE a	H	1045	Iidem typi, pone caduceum false.
20	AE a	F	518	Talus lusorius. Globulus.
21	AE a	F	406	Eadem adversa. Idem talus in aversa.
22	AE a	F	372	Eadem adversa. Falx, pone globulus.
23	AE a	E	183	Idem talus. Scutum rotundum.

)(Equus liber currens; supra astrum radiorum octo; infra obelus (*Zelada, Ass. tab. XI,* 3).

Numi similes integriores in aversa non obelum, sed ⊬ habent, Luceriae scilicet Apuliae oppidi litteram primam figurae antiquioris (*cf. Riccio, Mon. di Lucera, Cl. II, n.* 1; *Arigoni, T. III, tav.* 34, *n.* 40).

Tab. XLIII.

1. 2. Caput equi effrenis.

)(Rictus leonis obversus partem hastae fractae vel gladium ore tenens (*Olivieri, Fondaz. di Pesaro, tav. IV,* 1; *Zelada, Ass. tab. IX; cf. Mus. Kircher. Cl. I, tab. XI,* 1).

3. 4. Caput iuvenile diadematum.

)(Caput idem in aliam partem conversum (*Zelada, Ass. tab. VI. VII; cf. Mus. Kircher. Cl. I, tav. IX,* 1).

Tab. XLIV.

1. Caput Iovis laureatum; pone obelus.

)(Caput iuvenile comptum diadematum, Apollinis, ut videtur.

2. Caput iuvenile galeatum; pone obelus.

)(Caput idem alio conversum; pone obelus (*cf. Mus. Kircher. Cl. I, tav. IV,* 1; *Riccio, Mon. di Famiglie Rom. tav.* 69, *ed.* 2, *cui est as libralis*).

Tab. XLV.

1. Caput Herculis barbatum leonis exuviis tectum.

)(Caput gryphi (*Num. max. modul. Mus. Pisani, tab. I; cf. Mus. Kircher. Inc. tav. IV,* 4).

Venvsia Apvliae.

2. Protome apri currentis.

)(Caput canis venatici currentis (*Bull. arch. Napol. T. II, tav. II,* 6; *p.* 34—35).

Tab. XLVI.

1. Caput iuvenile galea phrygia tectum; pone obelus.

)(Caput idem alio conversum; pone obelus (*cf. Mus. Kircher. Cl. I, tav. IV,* 1).

2—4. Caput iuvenile bifrons; infra obelus iacens.

)(Caput Mercurii petaso alato tectum, addito obelo (*Zelada, Ass. tab. VIII,* 1; *Arigoni T. I, tab.* 9, *n.* 34).

Nummi 2 et 4 iidem videntur esse ac 3, sed aut temporis iniuria immutati, aut non satis accurate delineati.

Tab. XLVII.

1. Caput iuvenile galea corinthiaca tectum, infra ∽.

)(Caput idem alio conversum; infra ∽ (*Zelada semiss. tab. III,* 2).

2. Idem numus, sed pone caput hinc inde addita clava (*Zelada, semiss. tab. III,* 3; *Arigoni, T. III, tab.* 8, *n.* 15).

3. Caput iuvenile ut n. 1; infra ∽.

)(Caput iuvenile compta caesarie; infra ∽ (*Zelada, semiss. tab. III,* 1).

4. Numus similis praec. n. 3, sed in aversa pone caput falx est (*Carellii descr. p.* 6, *n.* 1; *Arigoni, T. III, tab.* 6, *n.* 10. 12).

5. Caput bovis ad collum usque.

)(Prora navis, addita nota S (*Zelada, semiss. tab. II, n.* 3; *Mus. Kircher. inc. tav.* 1, 2).

Tab. XLVIII.

1. Sus gradiens sursum spectans seu grunniens; supra S.

)(Vas praealtum, ansis ad imam partem instructum (*Zelada, semiss. tab. IV,* 1; *Arigoni, T. III, tab.* 27; *Mus. Kircher. Cl. I, tav. XI,* 3).

2. Pegasus volans; infra Ƨ.

)(Pegasus in partem diversam volans; infra S (*Zelada, semiss. tab. IV,* 2; *Mus. Kircher. Cl. I, tab. IX,* 3).

Animadverte notam semissis pariter atque Pegasum conversam esse.

3. Taurus lasciviens; infra S.

)(Rota radiorum sex (*Carellii descr. p.* 10 *n.* 4; *Olivieri, Fondaz. di Pesaro, tav. IV,* 2; *Passeri, Paralip. tab. VIII,* 4; *Zelada, semiss. tab. IV,* 3; *Mus. Kircher. Cl. I, tav. VIII,* 3, *sed cum nota* S *in aversa repetita*).

4. 5. Caput iuvenile duplici fascia redimitum.

)(Granum hordei cum nota ∾, in aliis superaddito caduceo (*Zelada, semiss. tab. II,* 2; *cf. Mus. Kircher. inc. tav. II,* 1).

Tab. XLIX.

1. Caput Iovis laureatum.

)(Prora navis; supra S (*Zelada, semiss. tab. I*).

2. Alius similis, sed addito ∽ in adversa (*Arigoni, T. II, tab.* 5).

3. Alius, sed addito S in adversa.

4. Alius, sed multo minoris moduli, et cum Ƨ pone caput Iovis.

Tab. L.

1. Rota sex radiorum, quibus inscriptum ⊬.

)(Rota similis, inter cuius radios globuli sex inserti sunt (*cf. Mus. Kircher. Cl. III, tav. III,* 2).

2. Rota sex radiorum, ut n. 1.

)(Bipennis, cui additi sunt sex globuli (*Zelada, semiss. tab. V,* 1).

Vetvlonia?

3. Rota sex radiorum ut n. 1 et 2.

)(Ancora, cui additi sunt sex globuli (*Passeri, Paralip. tab. VI,* 2; *Arigoni, T. I, tab.* 13, 46).

Ariminvm Umbriae.

4. Caput Martis Gallici torque exornatum.

)(Scutum Gallicum oblongum umbone formam grani hordacei referente instructum; additis quinque globulis (*Zelada, Quincunc. tab. I,* 2; *cf. Borghesi ap. Gennarelli, Monet. primit. p.* 47).

Lvceria Apvliae.

5. Regulae duae decussatae pedatae, adposita nota quincuncis.

)(Typus idem repetitus (*Zelada, Quincunc. tab. I,* 3; *cf. Riccio, Mon. di Lucera Cl. I,* 5 *et Bull. arch.* 1846, *p.* 158; *Columella, R. R. III,* 13, 12).

Tab. LI.

1. Caput apri, additis duobus globulis.

)(Lyra heptachordos, additis quattuor globulis (*Zelada, Trient. tab. III,* 1; *cf. Mus. Kircher. inc. tav. II,* 5, *cum globulis quattuor etiam in adversa*).

2. Caput vituli; additis quattuor globulis.

)(Lyra pentachordos, additis quattuor globulis.

Hic numus fortasse idem est ac praecedens, non bene delineato capite adversae.

3. Caput acris equi; infra quattuor globuli.

)(Caput idem alio conversum infra quattuor globuli (*Carellii descr. p.* 10 *n.* 2; *Arigoni, T. I, tab.* 7, 25; *Mus. Kircher. Cl. I, tav. IX,* 3).

4. Equus effrenis currens, additis quattuor globulis.

)(Rota sex radiorum, quibus inserti quattuor globuli (*Zelada, Trient. tab. V,* 2; *Carellii descr. p.* 10 *n.* 3; *Arigoni T. I, tab.* 17, *n.* 59; *Mus. Kircher. Cl. I, tab. VIII,* 4).

5. Delphinus; infra quattuor globuli.

)(Fulmen cum quattuor globulis (*Carellii descr. p.* 10 *n.* 12; *Zelada, Trient. tab. IV,* 1).

6. Fulmen cum quattuor globulis et clava (non obelo).
)(Fulmen cum quattuor globulis et clava (*Zelada, Trient. tab. III*, 3; *Mus. Kircher. Cl. I, tav. V*, 3).

Lvceria Apvliae.

7. Fulmen trisulcum.
)(Clava cum quattuor globulis (*Carellii descr. p.* 10 *n.* 13; *Arigoni, T. I, tab.* 16, *n.* 54; *Sestini, Mus. Hederv. tav. I*, 4; *Mus. Kircher. Cl. V, tav. I*, 3; *Riccio, Mon. di Lucera, Cl. I*, 4).

8. Rota quattuor radiorum, in area V vel potius Ϸ.
)(Typus idem; in area quattuor globuli (*Zelada, Trient. tab. V*, 1; *Mus. Kircher. Cl. III, tav. III*, 3).

Tab. LII.
1. Bipennis, additis quattuor globulis et littera etrusca ꟻ.
)(Rota radiorum octo (*Arigoni T. III, tab. II, n.* 21; *cf. Mus. Kircher. Cl. III, tav. IV*, 3).
2. Alius similis sine littera (*Arigoni l. c. n.* 22).
3. Astragalus cum quattuor globulis.
)(Astragalus (*Arigoni l. c. n.* 27.
4. 5. Alii similes, superaddita vel lunula et diota, vel sola diota (*Arigoni, l. c. n.* 23. 24).
Diota similis est illi, quae in numis quibusdam Tudertium invenitur (*cf. supra Tab. XIX*).

Incerti Apvliae?

6. Fulmen cum quattuor globulis.
)(Delphinus; infra quattuor globuli; supra falx putatoria (*Zelada, Trient. tab. IV*, 2; *Arigoni T. I, tab.* 16, *n.* 56; *Mus. Kircher. Cl. I, tav. VII*, 3).

Roma.

7—9. Caput iuvenile galea corinthiaca tectum; infra quattuor globuli.
)(Prora navis, infra quattuor globuli (*Zelada, Trient. tab. I*, 1; *Arigoni T. I, tab.* 3, *n.* 12; *tab.* 7, *n.* 27).

Ariminvm Umbriae.

Tab. LIII.
1. Caput Martis Gallici coma incompta.
)(Tridens cum tribus globulis (*Zelada Quadrant. tab. III*, 1; *cf. Mus. Kircher. cl. IV, tav. I*, 4).
In archetypis caput Martis torquem habet in collo, barba caret praeter superius labrum.

2. Galea cristata et bucculis instructa cum tribus globulis.
)(Crater altis ansis, additis tribus globulis (*Zelada, Quadrant. tab. III*, 2; *cf. Mus. Kircher. cl. I, tav. X*, 4; *Annali dell' Inst. T. XII, tav. agg. P, n.* 3).
3. Canis currens; infra tres globuli.
)(Rota sex radiorum, inter quos tres globuli (*Zelada Quadrant. tab. V*, 2; *Mus. Kircher. cl. I, tav. VIII*, 5).
4. Delphinus dorso inflexo exsiliens cum tribus globulis.
)(Ancora (*Zelada trient. tab. V*, 3; *Mus. Kircher. inc. tav. II*, 3. Supplendus videtur quartus globulus in adv.).
5. Rota quattuor radiorum.
)(Amphora vinaria cum tribus globulis (*Mus. Kircher. cl. III, tav. VI*, 4).
6. Rota quattuor radiorum.
)(Bipennis cum tribus globulis (*Mus. Kircher. cl. III, tav. IV*, 4).
7. Astrum sexdecim radiorum sive rota solis.
)(Granum hordei cum tribus globulis (*Mus. Kircher. incerte tav. III*, 9).
In archetypis Mus. Kircheriani editores (p. 35) pro grano hordei concham viderunt aliamve quam rem incertam.
8. Clava.
)(Tres globuli (*Zelada Quadrant. tab. V*, 3; *Mus. Kircher. cl. II, tav. IV, B*, 1).

Venvsia Apvliae?

9. Delphinus.
)(Delphinus appositis infra tribus globulis (*cf. Mus. Kircher. inc. tav. III*, 3; *Bullett. arch. Napol. T. II, p.* 35, *tav. II*, 3).

Lvceria Apvliae?

10. Clava additis tribus globulis.
)(Fulmen trifidum.
Si excidit globulus quartus, fuit triens Lucerinus (*cf. supra Tab. LI, n.* 7).

Tab. LIV.
1. Manus dextra expansa cum tribus globulis.
)(Manus sinistra expansa cum tribus globulis (*Zelada Quadrant. tab. IV*, 1; *Mus. Kircher. cl. I, tav. IV*, 4).
2. Alius similis, addita utrimque clava (*Zelada l. c. n.* 2; *Mus. Kircher. l. c. tav. V*, 4).
3. Manus dextra expansa cum tribus globulis.
)(Duo hordei grana, interpositis tribus globulis (*Zelada l. c. n.* 3; *Mus. Kircher. cl. I, tav. VI*, 4).
4. Numus similis, addita in adversa falce putatoria (*Zelada Quadrant. tab. V*, 1; *Mus. Kircher. cl. I, tav. VII*, 4).

Roma.

5. Caput Herculis imberbe leonis exuviis tectum.
)(Prora navis; infra tres globuli.
6. Alius, additis in adversa tribus globulis.
7. Caput iuvenile galeatum; infra, tres globuli.
)(Prora navis; infra tres globuli.
Excidisse videtur globulus quartus et fuisse triens urbis Romae (*cf. supra Tab. LII, n.* 7—9).

Tab. LV.
1. Caput equi generosi; infra tres globuli.
)(Caput simile alio conversum; infra tres globuli.
Excidisse videtur quartus globulus et fuisse triens (*cf. supra Tab. LI, n.* 3).
2. Caput arietis cum tribus globulis.
)(Caput delphini cum tribus globulis (*Arigoni, T. I, tab* 18, *n.* 63; *Mus. Kircher. inc. tav. II*, 6).
3. Rota radiorum octo.
)(Bipennis cum tribus globulis et littera etrusca ⊐ (*Arigoni T. III, tav.* 14, *n.* 35; *cf. Mus. Kircher. cl. III, tav. IV*, 4).
4. Luna crescens et astrum cum tribus globulis.
)(Rota videtur esse, octo globulis aut clavis distincta (*Arigoni T. II, tav.* 14, *n.* 32; *Mus. Kircher inc. tav. V*, 4).
5. Alius similis, sed in aversa sex tantum globuli apparent (*Arigoni l. c. n.* 33).
6. Luna crescens et astrum cum tribus globulis.
)(Falx messoria inter duos globulos (*Arigoni l. c. n.* 34; *Mus. Kircher. inc. tav. V*, 6).
7. Astragalus.
)(Astragalus cum tribus globulis (*Arigoni l. c. n.* 37).

8. Alius similis, additis clavis duabus in adversa (*Mus. Kircher. inc. tav. V*, 2).
Huiusmodi numi frequentes sunt in Apulia, cui videntur restituendi (*v. Fiorelli, Osserv. p.* 12; *cf. Bullett. arch. Napol. T. II, p.* 104).

ARIMINVM VMBRIAE.

Tab. LVI.

1. Caput Martis Gallici coma incompta torque exornatum.
)(Delphinus; infra duo globuli (*Zelada, Sextant. tab. II*, 1; *Mus. Kircher. cl. IV, tab. I*, 5).

2. Caput Castoris pileo conico tectum; pone duo globuli.
)(Caput Pollucis simile alio spectans; pone duo globuli (*Zelada, Sextant. tab. I*, 5; *Mus. Kircher. cl. I, tav. IX*, 5).
3. Concha pecten; infra duo globuli.
)(Conchae eiusdem pars interior (*Zelada Sext. tab. III*, 3; *Carellii descr. n.* 16; *Mus. Kircher. cl. I, tab. IV*, 5).
4. Concha pecten; infra duo globuli.
)(Caduceus cum duobus globulis (*Zelada l. c. n.* 1; *Carellii descr. n.* 17; *Mus. Kircher. cl. I, tav. VI*, 5).
5. Alius similis; addita in aversa falce putatoria (*Zelada l. c. n.* 2; *Carellii descr. n.* 19; *Mus. Kircher. cl. I, tav. VII*, 5).
6. Testudo cum duobus globulis.
)(Rota sex radiorum (*Zelada, Sext. tab. III*, 4; *Mus. Kircher. cl. I, tav. VIII*, 6; *cf. Carellii descr. n.* 6).

LVCERIA APVLIAE.

7. Concha pecten.
Astragalus cum duobus globulis et littera ⊦ (*Avellino, Opusc. T. III, tav. VII*, 7; *Riccio, mon. di Lucera cl. II*, 6).

VETVLONIA?

8. Rota quinque radiorum, quibus inserta est lunula et littera V vel ⊦.
)(Ancora cum tribus globulis, intra duplicem circulum (*Mus. Kircher. cl. III, tav. VIII*, 5, sine littera V; *cf. supra tab. I*, 1. 2).

9. Caput Mercurii petaso tectum.
)(Prora navis; infra duo globuli (*Zelada, Sext. tab. I*, 1).
10. Alius similis, sed petaso alato et sub mentum ligato, et duobus globulis infra caput appositis (*cf. Mus. Kircher. cl. I, tav. III, A, n.* 5).
11. Clava.
)(Globuli duo (*Carellii Descr. n.* 14; *Zelada, Sext. tab. III*, 7; *Mus. Kircher. cl. II, tav. IV, B*, 2).
12. Caput barbatum diadematum.
)(Delphinus; supra duo globuli (*Arigoni, T. I, tab.* 33, *n.* 37).

VENVSIA APVLIAE.

13. Noctua stans fere obversa, cum duobus globulis.
)(Caput apri vel lupi potius (*Arigoni, T. III, tab.* 15, *n.* 46; *Mus. Kircher. inc. tav. II*, 7; *Bull. arch. Napol. T. II, p.* 34, *tav. II*, 8; *Annali dell' Inst. arch. T. XII, tav. d'agg. Q.* 1).

14. Guttus s. oenochoe, cum duobus globulis.
)(Falx messoria sive secula cum duobus globulis (*Arigoni, T. III, tab.* 16, *n.* 50; *Mus. Kircher inc. tav. V*, 7).

ARIMINVM VMBRIAE.

Tab. LVII.

1. Caput Martis Gallici, coma incompta, torque exornatum.
)(Rostrum navis, cum globulo (*Zelada Unc. tab. III*, 1; *Arigoni, T. III, tab.* 17, *n.* 52; *Olivieri, Fond. di Pesaro, tav. IV*, 4; *Mus. Kircher. cl. IV, tav. I*, 6).
2. Rostrum idem inversum; pone globulus.
)(Caput iuvenile nudum.
Numus fortasse idem ac praecedens male delineatus.

3. Clava, cui additus globulus.
)(Pentagramma, in medio globulus (*Zelada, Unc. tab. I*. 6; *Mus. Kircher. inc. tav. I*, 5).
4. Piscis, cui superpositus est circulus.
)(Piscis idem alio conversus (*cf. Arigoni, T. III, tab.* 17, *n.* 53).
Fortasse numus non diversus ab eo, in quo editores Musei Kircheriani (*Cl. I, tav. IX*, 6) granum hordei utrimque agnoverunt.
5. Mulctra vel vas aliud pastorale, apposito globulo.
)(Pedum cum globulo (*Mus. Kircher. cl. I, tav. XI*, 6).
In antica editores Musei Kircheriani (*p.* 23) non recte oenochoen viderunt. Simile vas habes in antica denarii Sex. Pompei Fostli, cuius in postica est Faustulus pastor lupam gemellos lactantem admirans (*cf. Borghesi, Decade XVII*, 6).
6. Caput imberbe galeatum.
)(Concha pecten (*Zelada, Unc. tab. II*, 9).
Potest esse uncia Ariminensis (*cf. Mus. Kircher. cl. IV, tav. I*, 7), parte adversa non accurate a delineatore expressa.
7. Concha pecten.
)(Pentagramma, in medio globulus (*Zelada, Unc. tab. I*, 7; *Mus. Kircher. inc. tav. I*, 6).
8. Astragalus cum globulo.
)(Astragalus cum clava (*Arigoni, T. III, tab.* 18, *n.* 63; *Mus. Kircher. inc. tav. V*, 3).
9. Astragalus cum globulo.
)(Globulus in area media (*Zelada, Unc. tab. II*, 6; *Carellii Descr. n.* 20; *Mus. Kircher. cl. I, tav. VI*, 6).
10. Astragalus.
)(Astragalus cum globulo (*Zelada, Unc. tab. II*, 4; *Carellii Descr. n.* 21).
11. Astragalus cum clava.
)(Typus idem, idemque symbolum (*Zelada Unc. tab. II*, 5; *Mus. Kircher. cl. I, tav. V*, 6).
12. Bipennis cum globulo et lunula.
)(Rota sex radiorum, inter hos globulus (*Zelada Unc. tab. II*, 8; *Mus. Kircher. cl. III, tav. IV*, 6).
13. Astragalus.
)(Falx putatoria et globulus (*Zelada Unc. tab. III*, 7; *Carellii Descr. n.* 22; *Mus. Kircher. cl. I, tav. VII*, 6).
14. Astragalus cum globulo et lacerta (?).
)(Astragalus cum globulo et clava (*Arigoni, T. III, tab.* 18, *n.* 60).
15. Rota quattuor radiorum, inter hos globulus, lunula, V et N.
)(Rota quattuor radiorum, inter hos globulus (*cf. Mus. Kircher. cl. III, tav. III*, 6).

VETVLONIA?

16. 17. Rota sex radiorum, inter eos globulus.
)(Ancora cum globulo (*Arigoni, T. IV, tab.* 9, *n.* 6; *Mus. Kircher. cl. III, tav. VIII*, 7).

18. Tympanum plaustri vel rota solida.
)(Typus idem (*Mus. Kircher. cl. III, tav. X*, 7).

19. Caput iuvenile galea corinthia tectum.
)(Prora navis; infra globulus.

20. Similis, sed in adversa ad caput globulus est et galea crista caret.

LVCERIA APVLIAE.

TAB. LVIII.

1. Delphinus.
)(Astrum sex radiorum (*cf. Riccio mon. di Lucera, cl. I,* 5; *II,* 5).

2. Triquetra.
)(Rana (*cf. Eckhel, Mus. Caes. P. II, tab. I,* 1; *Mus. Kircher. cl. I, tav. XI,* 4).

3. Testudo.
)(Rota radiorum octo (*cf. Mus. Kircher. cl. I, tav. VIII,* 6; *ubi adduntur duo globuli. Vide et Fiorelli Osserv. p.* 12).

4. Scarabaeus.
)(Flos foliorum quattuor expansus (*Mus. Kircher. cl. I, tav. XI,* 7; *Zelada Unc. tab. II,* 2).

5. Astragalus, cum tibia quadrupedis.
)(Idem typus idemque symbolum (*cf. Mus. Kircher. cl. I, tav. V,* 6).

LVCERIA APVLIAE.

6. Astragali pars convexa.
)(Astragali concava pars (*Zelada Unc. tab. III,* 6; *Mus. Kircher. cl. I, tav. IV,* 6. *Cf. Fiorelli Osserv. p.* 12).

VENVSIA APVLIAE.

7. Delphinus.
)(Delphinus similis (*cf. supra Tab. XXIX,* 12; *Bull. arch. Napol. T. II, p.* 35).

8. Crater sive carchesium.
)(Rota sex radiorum.
De carchesii forma vide Macrobium Saturn. V, 21.

CORA LATII. *Argenteus.*

TAB. LIX.

1. Caput Apollinis comptum laureatum ad s.
)(Eques nudus pileatus aut galeatus, chlamyde retrorsum volante, irruens d. elata telum, s. habenas regit (*Sestini, Mus. Hedervar. Addenda tav. I,* 2; *Millingen anc. Gr. coins Pl. I,* 1; *Supplem. Pl. II,* 17, *p.* 21. 22; *Consider. p.* 237; *cf. Sestini class. geogr. p.* 12, *ed.* 2; *Mus. Chaudoir p.* 27).

Numus hic insignis et fortasse unicus, quem per vices possederunt Carellius, Millingen et dux de Luynes, in museo publico Parisiensi nunc asservatur. Heros equo vectus partis adversae fortasse Coras est, qui urbem condidit nomenque ei imposuit (*cf. Annali dell' Inst. T. XI, p.* 310).

FRENTANI.

FRENTANI. *Aenei.*

TAB. LX.

1. ⊢ƎDTИƎD8. Caput Mercurii petaso alato tectum.
)(Pegasus volans; infra tripus; in exergo eadem inscriptio quae in adversa (*Carellii Descr. n.* 1—3; *cf. Avellinii Adnot. et Bull. arch. Napol. T. IV, p.* 26).

2—3. Alii fere similes (*Carellii Descr. n.* 4).

LARINVM. *Aenei.*

4—7. Caput Palladis galea corinthia tectum.
)(ⱶADINOD. Eques galeatus chlamydatus s. clipeum umbone oblongo regit, d. hastam magno impetu intorquet; in area superiori plerumque V aut ⱶ; in exergo quinque globuli (*Carellii Descr. n.* 1—4; *cf. Avellinii Adnot. et Bull. arch. Napol. T. IV, p.* 71).

8. 9. Caput Iovis laureatum.
)(ⱶADINOD. Aquila fulmini insistens et sursum respiciens; infra quattuor globuli (*Car. Descr.* 5. 6).

10. Caput Herculis barbatum leonis exuviis tectum.
)(ⱶADINOD. Centaurus currens, ingentem ramum humero impositum ambabus manibus tenens (*Car. Descr. n.* 7).

11. 12. Caput Cereris velatum spicis redimitum.
)(ⱶADINOD. Delphinus arcuato dorso subsultans (*Car. Descr. n.* 8. 9).

FRENTANI.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
				[Ultimum epigraphes elementum est semper ⊢ non ⊣. Numos edidi cit. supplem. p. 5 n. 2. In antica ad Mercurii caput est semper caduceus, quem male Carellius omittit].
1	AE rp	E	146	Caput Mercurii petaso tectum ad s.; ante ⊣ƎDTИƎD8.
2	AE	E	137	Pegasus saliens ad s.; inter crura tripus; infra ⊣ƎDTИƎD8.
3	AE	E	138	
*4	AE rp	E	129	Eadem adversa sine inscriptione. Eadem aversa, sed tripus diversae formae; ⊣ƎDTИƎD8.

LARINVM.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE r	F	255	Caput Palladis ad d. Eques galeatus currens ad s. dextra hastam, sinistra clipeum; infra quinque globuli; in area LADINOD.
2	AE	F	222	
3	AE p	F	210	Idem numus ex diversis formis.
4	AE	F	169	Idem numus detritus. [In unius ex his numis 1—4 posticae area nota V, in alterius, ut videtur, IV, quas notas descriptor hic omittit. Vide nostrum suppl. pag. 5 n. 8.]
5	AE rp	F	163	Caput Iovis laureatum ad d. Aquila fulmen unguibus tenens ad d.; infra quatuor globuli; ante LADINOD.
6	AE	E	118	Idem numus; minoris formae.
7	AE rp	E	125	Caput Herculis barbatum rictu leonis ornatum ad d. Centaurus currens dextra ramum humero impositum gerit; infra LADINOD; inferius tres globuli.
8	AE r	D	81	Caput Cereris velatum et spicis redimitum ad d. Delphinus ad d.; infra duo globuli; in area LADINOD.
9	AE	D	80	Idem numus, ex diversis formis.
10	AE r	C†	87	Caput Apollinis laureatum ad d.; pone V. [Caput in numo nudum videtur non laureatum, neque adest V.] Cornu copiae fructibus racemisque plenum; infra globulus; in area LADINOD.
11	AE	C	78	Idem numus, minoris formae.
12	AE rp	B	54	Caput Dianae prominentibus ab humero arcu et pharetra ad d. Canis currens ad d.; supra venabulum. LADINOD. [Epigraphes et typi descriptio sic corrigenda: canis currens ad d.; supra venabulum, infra quid incertum. Male Mionnetus infra tres globulos exhibet[a]). Vide nostrum suppl. l. c. n. 9.]

a) Supplem. tom. I. p. 229.

13. Caput Apollinis laureatum; pone ꟻ.
)(ꟻADINOD. Cornucopiae fructibus et racemis refertum; infra globulus (*Car. Descr. n.* 10; *cf. Avellinii Adnot.*).
14. Idem numus, sed minoris formae, et sine littera in adversa (*Car. Descr. n.* 11).
15. Caput Dianae, prominente ad humerum arcu et pharetra.
)(ꟻADINOD. Canis venaticus currens; supra venabulum; infra incerta res (*Car. Descr. n.* 12; *cf. Avellino, Opusc. T. II, p.* 23).
LADINOD scriptum pro LARINOD (*cf. Lanzi, Saggio, T. I, p.* 126).

SAMNIVM.

AESERNIA. *Aenei.*

TAB. LXI.
1. VOꟻ<ANOM. Caput Vulcani imberbe pileo conico laureato et parva ansa instructo tectum; pone forceps.
)(AISERNINO. Iuppiter in citis bigis d. fulmen regit, s. habenas, supervolante Victoriola (*Car. Descr. n.* 1—5; *cf. Avellinii Adnot.*).
2. 3. Alii similes sine Victoriola (*Car. Descr. n.* 6).
4—6. AIꟻERNIO. Caput Palladis galea corinthia tectum, interdum cum symbolo, ut clava cet.
)(Aquila volans et cum serpente unguibus arrepto pugnans (*Car. Descr. n.* 8—10).
7—9. AESERNINO. Caput Apollinis laureatum.
)(Bos facie humana a supervolante Victoria coronatus; inter bovis crura T aut IΣ (*Car. Descr. n.* 11. 12; *cf. Avellinii Adnot.*).

COMPVLTERIA. *Aenei.*

10—12. ꟽꟼVꟼꟼEꟼꟼEꟼVK. Caput Apollinis laureatum; pone littera varians e. c. K, O.
)(Bos facie humana gradiens a supervolante Victoria coronatus (*Car. Descr. n.* 1—3; *cf. Pellerin, Rec. Pl. VIII,* 25; *Millingen consid. p.* 178).

MALIES. *Aenei.*

13—14. MAꟻIEꟻA? vel MAꟻIEꟻ. Caput muliebre, capillis calantica revinctis.
)(Bos facie humana; supra larva barbata (*Car. Descr. n.* 1; *cf. Avellinii Adnot. et Millingen, anc. Gr. coins Pl. I,* 2; *considér. p.* 224).
Carellius, qui in descr. hos numos Beneventanis praeposuit, iis qui post eum in *Maliesa* pristinum Beneventi nomen agnoverunt, huius sententiae auctor fuisse videtur (*cf. lamen Avellinii Suppl. p.* 48).

TEATE MARRVCINORVM. *Aenei.*

15. MVPΓANTIA. Caput Apollinis laureatum.
)(Bos facie humana, cui superpositum est fulmen (*Pellerin, Rec. Pl. IV,* 2).
Epigraphen male exceptam a Pellerinio ex integriori exemplo restituit Avellinius (*Bull. arch. Napol. T. IV, p.* 25); legendum nempe ordine retrogrado ꟽVITAIIT (*Tiiatium* seu *Teatium*).

PHISTVLIA. *Argentei.*

TAB. LXII.
1. Caput muliebre obversum passis crinibus et monili exornatum.
)(8IꟻTꟻVꟻ. Bos facie humana gradiens; in exergo

AESERNIA.

Met. Stil.	Magn.	Pond.	
			[Forma characterum in antica horum numorum variat. Ecce eam VOL<ANOM VOL<ANOM.]
1 AE rp	E	146	Caput Vulcani imberbe ad s. pileo conico laureato insignitum; retro forceps; ante VOLCANOM. Iuppiter in bigis dextra elata fulmen, sinistra habenas tenens ad d.; supra Victoria volans; infra AISERNINO.
2 AE	E	145	Similis.
3 AE p	E	131	Similis.
4 AE	E	122	Similis.
5 AE	E	102	Similis.
6 AE	E	143	Eadem adversa ad d. Eadem aversa ac in praecedentibus sine Victoria.
7 AE	E	119	Similis.
8 AE r	E	150	Caput Palladis ad s., tectum galea cristata, in qua draco; ante AISERNIO. Aquila stans expansis alis, et cum serpente unguibus implexo pugnans.
9 AE p	E	138	Typi similes, sed ex aliis formis.
10 AE p	E	121	Typi similes formae diversae a praecedentibus. [Duos ex his numis 8—10 edidi cit. suppl. p. 3 n. 8. 9, unde supplenda ac corrigenda est Carellii descriptio, in qua non modo epigraphe integra datur, quae in numis erat abrupta, sed et clava omittitur in numi area luculenta.]
11 AE r	E	132	Caput Apollinis laureatum ad s.; ante AISERNINO. Bos facie humana a Victoria coronatus ad s.
12 AE r	E	123	Caput idem ad s., pone lyra. Bos idem cum Victoria; inter crura T; infra AISERNINO. [Edidi n. 11. 12. iu cit. suppl. p. 3 n. 10. 11. In postremi numi area lyra plane incerta].

COMPVLTERIA.

Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1 AE rp	E	107	Caput Apollinis laureatum ad s.; ante MVNꟼEꟼ-ꟼEꟼVK. Bos facie humana a Victoria supervolante coronatus, ad d.
2 AE rp	E	97	Idem numus; pone caput Apollinis O; in area IΣ.
3 AE rp	E	83	Iidem typi; pone caput Apollinis ꟻ. [Edidi n. 2. 3 ib. p. 7 n. 4. 5. In numi 3 antica legi latinum I non oscum.]

CAIATIA.

Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1 AE r	E	121	Caput Palladis galea cristata tectum ad s. Gallus gallinaceus stans ad d.; pone astrum; ante CAIATINO. [Incriptio luculenta in numo fuit CAIATINO cum O huius formae ◌. Edidi cit. suppl. p. 6.]
2 AE	E	108	Idem numus; sed inscriptio retrograda ONITAIAƆ.

MALIESSA.

Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1 AE rp	D	74	Caput muliebre, capellis in calantica revinctis ad d.; ante MALIE. Bos vultu humano ad d.; supra larva barbata (ut videtur).
2 AE	D	69	Caput idem; ante MALIEZA. Eadem aversa. [In utroque tantum MALIE.. mihi deprehendisse visus sum, non integrum MALIEZA. Edidi suppl. p. 48. Cl. Milingen numum iterum edidit, addita et imagine: epigraphen tamen sic legit MAIIEΣ[a]).]

a) Ancient coins pag. 3, tab. 1, n. 2.

delphinus (*Car. Descr. n.* 1; *cf. Pellerin, Suppl. II, Pl. I,* 4).

2—4. Caput simile sine collo.

)(Leo gradiens d. pede anteriore elato; supra astrum vel galea; infra serpens corpore convoluto aut thyrsus (*Car. Descr. n.* 3—13).

5—8. Caput adversum, detonsa coma, sine collo, interdum cum epigraphe ΦΙΣΤVΛΙΑ.

)(Delphinus, granum hordei et concha Cumanae similis cum epigraphe ≥ΙV⅃Τ≥Ι8 (*Car. Descr. n.* 14—23).

ALLIFAE s. ALLIBA. *Argentei.*

9. Caput iuvenile laureatum cum tribus piscibus.

)(ΑΛΛΙΒΑΝΟΝ, aut ΑΛΛΙΒΑΝΩΝ. Scylla monstrum, addita concha Cumana (*Car. Descr. n.* 1).

10. Alius anepigraphus sine piscibus in adversa, et duobus cycnis in aversa iuxta Scyllam collocatis (*Car. Descr. n.* 7).

11. Caput Palladis galea corinthia tectum.

)(Figura pube tenus muliebris in pistricem desinens, d. gubernaculum tenens; addita concha Cumana (*Millingen, Rec. Pl. I,* 9).

AQVILONIA. *Aeneus.*

12. ЯΑΙИИVЯVꓘΑ. Caput Palladis galea corinthia tectum; pone clipeolus aut patera.

)(Figura virilis loricata galeata stans, d. pateram t., s. scutum et hastam (*Car. Descr. n.* 1; *cf. Revue numism. T. IX, p.* 257).

Insignem hunc numum Acherontiae Eckhelius adtribuit (*Sylloge in parerg.*); Aquiloniae deinde restituit Carellius (*v. Millingen, Consid. p.* 178).

BENEVENTVM. *Aeneus.*

13. BENEVENTOD. Caput Apollinis laureatum.

)(ΠΡΟΠΟΜ. Equus effrenis currens; superne pentagramma salutare (*Car. Descr.; cf. Avellino, Opusc. T. II, p.* 162; *Millingen, Consid. p.* 224).

ASCVLVM APVLIAE. *Aenei.*

Tab. LXIII.

1. Caput equi generosi.

)(Spica cum folio; infra ΑΥΡΥΓΚΩΝ (*Carelli Descr. n.* 1).

Millingen in utraque similis numi facie epigraphen

---

* PHISTVLIA.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AR a	E	147	Caput adversum passis crinibus, ad cuius collum monile.
2	AR a	E	140	Bos vultu humano ad s.; infra delphin; supra 8Ι≶ΤVV≶.
3	AR a	B+	12½	Caput idem. Leo gradiens ad s.; infra serpens convolutus capite exerto ad s.
4–9	AR	B+	12	Iidem typi.
10–12	AR	B+	12½	Iidem typi, sed supra leonem stella.
13	AR rp²	C	14	Caput idem. Leo retrospiciens et gradiens ad s.; supra galea; infra thyrsus cum lemniscis.
14	AR a	B+	13	Caput virile imberbe adversum, in modum larvae, curto capillitio. Granum hordei, delphin, concha marina; ≥ΙV⅃Τ≥Ι8.
15–20	AR	B+	11	Iidem typi.
21	AR	B+	9	Iidem typi, sed inscriptus ... ⅃VΤΙ8.
22	AR rp	B+	12	Caput idem ΦΙΣΤ..ΛΙΑ.
23	AR rp	B+	9	Granum hordei, delphin et concha; ≥ΙV⅃Τ≥Ι8.

* ALLIFAE.

[Male hos numos Allifis tribui, sed ad Cumarum viciniam esse revocandos videtur cl. Millingen recte docuisse: cuius ego opinionem amplexus in cit. suppl. p. 12 Olibani montis mentionem inieci, qui in puteolana regione a Capacio aliisque memoratur, cuiusque adeo nomen a vicino quodam oppido Allibano, geographis tamen ignoto, derivatum videri potest. Eandem opinionem amplexum fuisse postea cl. Carellium docet idem Millingen [a]), qui ad eam quoque accedere videtur, memoratque fluvium in Orco, qui Alibas dicitur apud Suidam [b]), Etymologicum magnum [c]), et Lucianum [d]), unde trahi potuit Alibani nomen, urbis nempe in Cumarum, ipsiusque Averni vicinia positae, ea in regione, quae Plutoni maxime sacra habebatur.]

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AR rp	B	13	Caput iuvenile laureatum ad d.; circum tres delphini. Mulier in piscem desinens, cuius ex humeris duo canina capita assurgunt, sinistra concham buccinum, dextra polypum tenet; infra mytilus. ΑΛΛΙΒΑΝΟΝ (nitidissime).
2	AR	B	13	Similis detritus.
3	AR	B	13	Similis detritus.
4	AR	B	12½	Similis.
5	AR	B	12½	Similis.
6	AR	B	12	Similis.
7	AR rp²	B	14	Caput laureatum Apollinis ad s.; ante quatuor literae detritae. Monstrum ut in praecedentibus; supra cycnus; infra alius cycnus.

* AQVILONIA.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE rp²	F	138	Caput Palladis galeatum ad d.; ante ЯΑΙИИVЯVꓘΑ. Miles galeatus stans, dextra pateram, sinistra hastam et scutum tenens.
2	AE	F	136	Iidem typi; non integer.
3	AE	F	103	Idem numus, vernice viridi obductus.

* BENEVENTVM.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE rp²	E+	124	Caput Apollinis laureatum ad s.; ante BENVENTOD. Equus saliens ad d.; supra pentagonus; in area ΠΡΟ ΠΟΜ.

AVRVNCI.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	AE r	E	152	Equi pars anterior ad s. Arista. ΑΥΡΥΓΚΩΝ literis evanidis.
2	AE rp	D	74	Leaena currens ad d.; infra ΑΥΡΥΓΚΩΝ. Arista; supra ΑΥΡΥ. — [Hic numus a me editus est cit. suppl. p. 5 n. 2 et visus sum mihi ΑΥΡΥΓΚΩΝ in antica legisse, eiusdemque nominis priorum literarum reliquias in postica. Serius tamen comperti mihi numi cum typo equi capitis et spicae, in quibus pro ΑΥΡΥΓΚΩΝ diserte perlegi ΑΥΡΥΣΚΛΙ. Ad Aurusculam ergo urbem, vel Aurusclinos populos (geographis tamen haud notos) numi referendi. De loco horum numorum natali dixi in peculiari dissertatione adhuc edenda].

---

a) Ancient coins, p. 7. 8.

b) S. v. Ἀλίβας.

c) S. ead. v.

d) Necyom. c. 16. vide quoque de voce Ἀλίβας Plutarch. sympos. lib. VIII circa fin.

ΑΥϜΥΣΚΛ deprehendit eundemque Asculo Apulo restituit (*Consid. p.* 155; *Suppl. Pl. II,* 15).

2. Leaena currens; infra ΑΥ ΡΥΓΚ ΩΝ.
)(Spica iacens; supra ΑΥΡΥ (*Car. Descr. n.* 2).
   Lege ΑΥϜΥΣΚΛ (*cf. Bullett. dell' Inst.* 1844, *p.* 159).

CAMPANIA.

CAMPANI. *Argentei.*

3—5. Caput Palladis galea cristata et interdum laureata tectum.
)(ΟΝΑΠΜΑΚ. Bos facie humana gradiens; infra avis et M (*Carellii Descr. n.* 11; *Eckhel, N. vet. tab. II,* 3; *Magnan, Miscell. T. III, tab.* 19, 2).

6. Alius similis, sed galea Palladis laurea et Pegaso ornata, et in aversa scriptum ΚΑΠΠΑΝΟ; infra N et avis (*Pellerin, Additions p.* 18; *cf. Mionnet, Suppl. n.* 216).

7. Caput imberbe compta coma.
)(..ΑΝΟ. Bos facie humana, gradiens.
   Numus hic similis praecedentibus videtur fuisse sed vel ab aevo male habitus vel non accurate delineatus.
   Millingen contendit (*Consid. p.* 140) litteras solitarias M et N coniungendas cum epigraphe ΚΑΜΠΑΝΟ, ut efficiatur ΚΑΜΠΑΝΟΜ forma simili alteri certae ΛΟVΚΑΝΟΜ, quod placuit et Pellerinio (*l. c.*); verum huic sententiae obloquitur Eckhel (*T. I, p.* 108), adsentiente ei Avellinio (*Ital. vet. num. T. I, p.* 32).

CAMPANI IN SICILIA. *Aenei.*

8—10. ΚΑΜΠΑΝΩΝ. Caput virile barbatum galea laureata tectum.
)(Equus frenatus currens; infra galea aut caput humanum (*Carellii Descr. n.* 2, 3).

11. ΕΝΤΕΛΛΑΣ. Caput Cereris vel Proserpinae spicis coronatum, inauribus et monili ornatum.
)(ΚΑΜΠΑΝΩΝ. Pegasus volans; infra caput virile barbatum galeatum (*Hunter, tab.* 26, *III; Torremuzza, tab. XXIX,* 9).

12. ΚΑΜΠΑΝΩΝ, Caput simile praec. n. 11, sed sine inauribus et monili.
)(ΝΑΚ... Pegasus volans; infra caput virile barbatum galeatum (*cf. Cab. d'Allier d'Hauter. Pl. I,* 6).

13. ....ΝΩΝ. Caput Cereris spicis coronatum et monili exornatum.
)(ΝΑΚΩΝΩΝ. Equus frenatus liber currens; infra galea (*Annali dell' Inst. T. I, tav. F,* 2).
   De his aliisque numis, quos Campani Entellae et Naconae in Sicilia cuderunt, docte disseruit dux de Luynes (*Annali dell' Inst. T. I, p.* 150).

SVESSA. *Arg.* 1—10; *Aen.* 11—23.

TAB. LXIV.

1—10. Caput Apollinis comptum laureatum.
)(Eques desultans pileatus, d. alterum equum freno ducit, s. palmae ramum vittatum humero impositum tenet; in exergo SVESANO (*Carellii Descr. n.* 1—8).
   In adversa inveniuntur sigilla varia, nempe tropaeum, luna crescens, scutum, fulmen, galea cristata obversa (*cf. Avellinii Suppl. p.* 8, *n.* 28), noctua, pentalpha salutare. De typo aversae docte disseruit Avellinius (*l. c.*).

TAB. LXV.

11—14. Caput Apollinis comptum laureatum; ante id SVESANO; pone litterae variantes K, N, T aut sigillum varians, ut fulmen.
)(Bos facie humana subsistens a supervolante Victoria coronatus; in area interdum littera varians, puta ΙΣ, Π (*Carellii Descr. n.* 9. 12. 16. 11; *cf. Avellinii Adnot.*)

15—16. Alii similes, sed epigraphe SVESANO translata in exergum aversae; pone caput adversae littera O, clipeus (*Car. Descr. n.* 17—18).

17. Caput Mercurii petaso alato tectum; ante ARBOVM; pone delphinus.
)(SVESANO. Hercules nudus stans leonem utroque brachio complexus suffocare adnititur; inter eius crura clava erecta (*Carellii Descr. n.* 22).
   Typus fere idem est in denariis C. Poblicii Q. F.

---

*CAMPANIA.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	ARa	E	143	Caput muliebre galea laureata ornatum ad d. — Bos facie humana gradiens ad d.; ante cycnus; inter crura M; supra ΟΝΑΠΜΑΚ.
2	AEr	D	125	Caput virile barbatum galea laureata tectum ad s.; circum ΚΑΜΠΑΝΩΝ. — Equus frenatus currens ad d.; inter crura galea.
3	AE	D	114	Idem numus; sed in adversa desunt primae literae. [Hi numi certo certius ad Siciliam revocandi. Vide Eckhel tom. I, pag. 207, et docte de moneta Campanorum nomine in Sicilia cusa disserentem Luynensem ducem in 'Annali dell' instituto di corrispondenza archeologica' anno 1829 p. 150 seqq.]

SVESSA.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
1	ARrp	E†	140	Caput Apollinis laureatum ad d.; pone tropaeum erectum.
2	AR	E†	128	Eques pileatus alium equum ducens et sinistra gerens humero impositum lauri ramum, a quo pendet lemniscus; infra SVESANO. [Editi n. 1. 2. 3. 5 in meo suppl. p. 8. n. 28 ad 31].
3	AR	E†	135	Caput idem, pone scutum. — Eadem aversa, ac in praecedente.
4	AR	E†	140	Iidem typi, sed pone caput Apollinis fulmen.
5	AR	E†	130	Caput idem ad s.; pone galea. — Eadem aversa.
6	Pell.	E†	112	Caput idem ad d.; pone lyra. — Eadem aversa.
7	ARp²	E†	141	Caput idem, pone triquetra. — Eadem aversa.
8	AR	E	140	Caput idem; pone galea Macedonica. — Eadem aversa. [Editus ib. n. 27].
9	AEr	E	132	Caput Apollinis laureatum ad s.; retro K, ante SVESANO.
10	AE	E	131	Bos facie humana a Victoria volante coronatus ad d.: inter crura Σ. [Editus ib. n. 39. Pro Σ in postica reponendum ΙΣ et sic quoque in postica n. 15 et 16, qui a me editi n. 40, 42].
*11	AE	E	115	Idem numus, sed pone caput Apollinis fulmen; inter crura bovis N.
*12	AE	E	112	Iidem typi, sed pone caput Apollinis N; inter crura Π. [Editus ib. n. 44].
13	AE	E	113	Iidem typi.
14	AE	E	126	Idem numus.
15	AE	E	125	Iidem typi, sed inter crura Σ. [v. ad n. 9].
16	AE	E	140	Iidem typi, sed pone caput Apollinis T. [v. ib.].
17	AE	E	114	Caput idem, pone O, absque inscriptione. — Eadem aversa ac in praecedente; infra SVESANO.
18	AE	E	120	Caput idem, pone scutum. — Eadem aversa ac in praecedente. [Editus ibidem n. 37].
19	AErp	E	143	Caput Mercurii petaso alato tectum ad s.; ante ....BOM. — Hercules stans cum leone pugnat; inter crura clava; pone SVESANO. [Editi n. 19. 20. 21. 24 ib. n 32 ad 35, sed epigraphe anticae Carellianae corrigenda in n. 20

18—21. Alii similes, sed in adversa scriptum ΠIKEOVM, ΑΛΟΣΤΑΣ, ΠROROM, ΠROROVM (*Pellerin, Rec. Pl. IX*, 49; *Hunter, p.* 287, *n.* 3; *Eckhel, Cat. Mus. Caes. P. I, p.* 19).

Avellinius legendum monuit ΠROBOM, ΠROΠOM vel ΠROBOVM, idque idem esse ac Beneventanorum numorum ΠROΠOM, et metalli probitatem indicare (*Adnot. in Carell.; Suppl. ad Ital. vet. num. p.* 8, 48).

22. Caput Palladis galea corinthia tectum, pone clava.

)(SVESANO. Gallus gallinaceus stans; pone astrum (*Eckhel T. I, p.* 116).

23. Alius similis sine clava (*Car. Descr. n.* 25).

TEANVM SIDICINVM. *Arg.* 1—5; *Aen.* 6—17.

Tab. LXVI.

1. Caput Herculis imberbe leonis exuviis tectum.

)(ЯVИAꟻT. Victoria in citis trigis d. scuticam t., s. habenas.

2—5. Alii similes, addito in adversa sigillo variante, v. c. clava, diota, cornucopiae, folio querno (*Carellii Descr. n.* 1, 2, 3; *Mus. Hederv. P. I, tab. I*, 23).

6—7. Caput Mercurii petaso *ἀπτέρῳ* tectum cum caduceo ad collum; ante ЯVИAꟻT; pone astrum.

)(MVИIꓘIЯIƧ. Bos facie humana subsistens et adspiciens; supra ingens astrum (*Car. Descr. n.* 4, 5).

Epigraphe aversae emendanda videtur in ЯVИIꓘIЯIƧ (*cf. Bull. dell' Inst. arch.* 1847, *p.* 96).

8—10. ЯVИAꟻT. Caput Apollinis laureatum.

)(Bos facie humana subsistens et aspiciens; supra interdum lyra, astrum; in exergo ϟIRIKIN aut ϟIKIKIN, aut MVИIꓘ.. (*Car. Descr. n.* 6; *Hunter p.* 317, *n.* 5; *Sestini, Descr. num. vet. p.* 14. *Cf. adnot. ad praec. num.* 6—7).

11—14. ЯVИAꟻT. Caput Apollinis laureatum; pone fulmen vel O.

)(Bos facie humana subsistens et aspiciens a supervolante Victoria coronatus; inter eius crura astrum vel pentagramma salutare (*Car. Descr. n.* 7; *Neumann P. I, tab. I*, 6).

15. Alius similis, sed epigraphe translata in exergum aversae (*Car. Descr. n.* 16).

16. Caput Palladis galea corinthia tectum.

)(TIANO. Gallus gallinaceus stans, pone astrum (*Car. Descr. n.* 18).

17. Alius similis, additis in adversa globulis duobus (*Froelich, Animadv. ad num. quar. urb. p.* 67).

CALES. *Arg. n.* 1—15; *Aen. n.* 16—40.

Tab. LXVII.

1. Caput Palladis galea corinthia tectum.

)(CALENO. Victoria in citis bigis d. scuticam, s. habenas t. (*Carellii Descr. n.* 1; *cf. Avellinii adnot.*).

2—15. Alii similes sigillis et litteris variantibus distincti, ut clava, galea recurva, cornucopiae, ala, ramusculo, tripode, bipenni, gladio, diota, serpente in spiras erecto, noctua, littera Γ. Galea Palladis varie exornatur ala, astro, serpente

---

Met. Stil. Magn. Pond.

sic ..OBVM, in n. 21 ..OBVM, in n. 24 Π.. BOVM. *Τὸ* ARBOVM, quod in his numis post Hunterum dat Carellius, numquam in iis, quos vidi, deprehendi, sed semper ΠROBOM, ΠROΠOM vel ΠROBOVM, quae vox eadem mihi videtur, quae Beneventorum numorum ΠROΠOM, ac metalli probitatem indicare. Vide quae scripsi in cit. suppl. p. 8].

20 AE E 121 Caput idem; ante ....OBVM.
Eadem aversa.

21 AE E 127 Caput idem; ante ARBO.
Eadem aversa praecedentis.

*22 AE E 136 Caput idem; ante ARBOVM; retro delphin.
Eadem aversa praecedentis. [Et in huius numi antica, cuius deficit me descriptio, omnino ΠROBOOM legendum esse censeo ut in aliis].

23 AE E 152 Idem numus detritus.

24 AE p[2] E 137 Caput idem; ante ARBOVM.
Eadem aversa ac in praecedentibus.

25 AE rp D† 125
26 AE D† 103
27 AE D† 88
28 AE D† 130
29 AE D† 83
} Caput Palladis galea cristata armatum ad s.
Gallus gallinaceus stans; pone astrum; ante SVESANO.

TEANVM SIDICINVM.

*1 AR rp[3] F 141 Caput Herculis imberbe leonis exuviis tectum ad d.; pone clava.
Victoria trigam ducens; infra ЯVИAꟻT.

2 AR r F 128 Caput idem; pone vas ansatum.
Eadem aversa. [Edidi cit. suppl. p. 9 n. 15].

3 Pell. r E† 111 Caput idem ad s.; pone folium quercus.
Eadem aversa. [Folium quercus mihi sat incertum. Notavi in postica insolentem literarum formam ꓘVИꟻ..].

*4 AE rp[2] D† 125 Caput Mercurii cum petaso; ad collum caduceus; retro astrum; ante ЯVИAꟻT.
Bos facie humana adstans, supra stella; infra MVИꟻꓘꟻЯꟻƧ.

5 AE D† 102 Idem numus, cui culpa malleatoris deest inscriptio in adversa. [In huius numi postica inscriptionis *λείψανα* hac forma ..VИIꓘIЯ..].

*6 AE r E 120 Caput Apollinis ad s.; ante ЯVИAꟻT.
Bos capite humano; inter crura N; infra ϟIRIKIИ (sic).

7 AE rp E† 114
8 AE E† 101
} Caput Apollinis laureatum ad s.; pone fulmen; ante ЯVИAꟻT.
Bos idem a Victoria coronatus; inter crura stella. [Stellam in horum numorum postica non animadverti].

9 AE E† 117 Idem numus; inter crura pentagonum stellam referens.

10 AE E† 116 Iidem typi diversi artificii.

11 AE E† 102 Iidem typi minus elaborati.

12 AE E† 79
13 AE E† 117
} Caput idem; pone O; ante ЯVИAꟻT.
Eadem aversa praecedentis. [Edidi cit. suppl. p. 9 n. 18].

14 AE E† 126
15 AE E† 96
} Iidem typi ex diversis formis.

16 AE F 117 Caput laureatum ad s.; pone O.
Bos ut in praecedentibus; infra ЯVИAꟻT.

17 AE F 96 Idem; detritus.

18 AE rp E 135
19 AE E 121
} Caput Palladis galeatum ad s.
Gallus gallinaceus stans; supra stella; ante TIANO.

20 AE E 123 Iidem typi.

CALES.

1 AR r E† 122 Caput Palladis galea cristata armatum ad s.
Victoria bigas ducens, dextra flagrum ad s.; infra CAꟾENO.

2 AR p E† 140 Caput idem ad d; pone clava.
Eadem aversa. [Editus a me correctius cit. suppl. p. 6 n. 45. Omisit Carellius alam qua clipeus insignitur].

3 AR p E† 135 Iidem typi, sed caput Palladis ad s.; infra collum Γ.
Eadem aversa. [Correctius a me editus n. 46. Omisit Carellius clavam in antica].

4 AR E† 143 Caput idem ad d.; in galea astrum; pone galerum phrygium.
Eadem aversa. [Editi n. 4. 5. 6. 7 ib. n. 48,

convoluto, flore periclymeni, Pegaso, pentagrammate sigillove incerto (*Car. D. n.* 2, 3, 4, 5, 6, 7, 9, 10, 12; *Begerus Thes. Brandeb. T. I, p.* 353 *f.* 3; *Hunter, p.* 77).

16—33. CALENO. Caput Apollinis bene comatum laureatum.
)(CALENO. Bos facie humana subsistens et aspiciens, cui imminet lyra aut astrum ingens.

Adversa sigillis et aversa litteris variantibus plerumque distinctae. In adversa nempe reperiuntur urceus, fulmen, galea, spica, uva, triquetra, lauri ramus, avicula, clava, gladius, cuspis, astrum; in aversa litterae Γ, T, B, Δ, Υ, Θ, Δ, Γ, E, A, Λ, Δ, O, S et interdum astrum.

34—36. Alii similes, sed taurus humana facie a supervolante Victoria coronatur; in adversa clipeus, N; in aversa Ⲭ, N (*Car. Descr. n.* 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 24? 26?).

37—40. Caput Palladis galea corinthia tectum.
)(CAⱵENO (leg. CAⱵENO). Gallus gallinaceus stans, pone astrum (*Car. D. n.* 28; *cf. Avellinii adnot.*).

CAPVA. *Aenei.*

TAB. LXIX.

1. Capita iugata Iovis laureatum, et Iunonis stephane redimitum.
)(Iuppiter in citissimis quadrigis d. elata fulmen intorquet, s. habenas et sceptrum t. (*Car. Descr. n.* 1).

2. Alius similis minoris moduli, pone caput Iunonis prominente sceptro, et in exergo aversae ꟻΠΑꓘ (*Daniele, numism. Cap. p.* 43; sed legit ⊐ΠΑꓘ).

3. Caput Iovis laureatum.
)(⊐ΠΑꓘ. Aquila volans fulmen unguibus tenens (*Carell. D. n.* 2).

4. Alius similis minoris moduli.

5. Alius similis, sed in utraque numi facie duo astra (*Car. D. n.* 5; in aversa diagrammatis deest alterum e duobus astris.).

6. Caput Iovis laureatum.
)(⊐ΠΑꓘ. Fulmen cum quattuor globulis (*Daniele p.* 51).

7. Caput Iovis laureatum, pone duo astra.
)(⊐ΠΑꓘ. Duo milites sago alter, alter chlamyde indutus dexteris gladios erectos, sinistris suculam una sustinent, pone alterum duo astra (*Car. D. n.* 4; *cf. Avellino, Opusc. T. II, p.* 38).

8. Caput Iovis laureatum; pone duo astra.
)(⊐ΠΑꓘ. Diana in citis bigis; supra duo astra (*Car. D. n.* 5; in diagrammate deest lunula capiti Dianae in archetypo imposita).

9. Caput Iovis laureatum; pone astrum.
)(⊐ΠΑꓘ. Victoria tropaeum coronans; in area astrum (*Car. D. n.* 8).

Met. Stil. Magn. Pond.

47, 43, 50. In n. 5 Carell. anticae caput sinistrorsum erat describendum].

5 AR E† 141 Caput idem ad d.; in galea delphin; pone Cornu copiae.
Eadem aversa.

6 ARp E† 143 Caput idem ad d.; in galea draco; pone ala.
Eadem aversa.

7 AR E† 133 }
8 ARp E† 140 } Caput idem ad d.; in galea folium; pone ramusculus myrti (ut videtur).
Eadem aversa.

9 ARp E† 144 Caput idem ad d.; in galea gryphus, pone tripus.
Eadem aversa. [Editi n. 9. 10 a me ib. n. 51, 44].

10 ARp² E† 145 }
11 Pell. E† 133 } Caput idem ad d.; in galea pentagonum; pone bipennis.
Eadem aversa.

12 Pell. E† 131 }
13 Pell. E† 132 } Caput idem ad d., pone pugio.
Eadem aversa. [Editus a me ib. n. 49. In integrioribus serpentem in galea deprehendi].

14 AEr E 130 Caput Apollinis laureatum ad s.; pone urceus; ante CAⱵENO.
Bos facie humana aspiciens; supra lyra; inter crura Γ; infra CAⱵENO. [Editus a me ib. n. 56].

15 AE E 114 Eadem adversa; pone fulmen.
Eadem aversa; supra lyra pentachordos; inter crura astrum.

16 AE E 124 Eadem adversa; pone galea.
Eadem aversa; inter crura T; supra lyra tetrachordos. [Pro T in postica reponendum Γ, ut in ipso numo observavi].

17 AEp E 132 Eadem adversa; pone spica.
Eadem aversa; supra lyra pentachordos; inter crura B. [Editus a me ib. n. 55].

18 AE E 125 Eadem adversa; pone botryon.
Eadem aversa; inter crura Δ. [Editus a me ib. n. 58].

19 AEp² E 132 Eadem adversa; pone triquetra.
Eadem aversa; supra lyra trichordos; inter crura Υ. [Editus a me ib. n. 61].

20 AE E 134 Eadem adversa; pone lauri ramus.
Eadem aversa; inter crura ⊙. [Editus a me ib. n. 60].

21 AE E 127 Eadem adversa; pone avicula.
Eadem aversa; inter crura Δ; sine inscriptione. [Editus a me ib. n. 57 cum inscript. in post., quam tamen abesse bene hic monet Carell., sed visa est mihi extitisse, ac postea detrita. Idem forte est numus qui a me iterum n. 59 describitur e mus. Reynier].

Met. Stil. Magn. Pond.

22 AE E 119 Caput idem.
Bos facie humana adstans; supra astrum; inter crura aliud astrum minoris formae. [Epigraphe an in antica extiterit, dubium, in post. luculentum CALENO].

23 AE E 120 Caput idem; pone stella.
Bos idem; supra astrum; sine inscriptione. [In huius numi antica luculenta ep. CALENO; inscriptio in postica, si fuit, detrita; inter crura vero bovis Γ luculentum, quod male omittit Car.].

*24 AE E† 137 Caput idem, sine stella.
Eadem aversa; supra lyra pentachordos; infra Ⲭ.

*25 AE E 126 Eadem adversa sine inscriptione.
Eadem aversa; infra CAⱵENO.

26 AE E 123 }
27 AE E 125 } Caput laureatum Apollinis ad s.; pone scutum.
Bos facie humana a Victoria volante coronatur; infra CAⱵENO.

28 AEr E 123 }
29 AE E 117 } Caput Palladis galea cristata armatum ad s.
Gallus gallinaceus stans ad d.; pone stella; ante CAⱵENO. [In quibusdam ex his numis 28—33 forma τοῦ O est ◠].

30 AE E 127 Idem ex diversis formis.

31 AEp E 126 Idem.

32 AE E 123 Idem.

33 AEp D 83 Iidem typi elegantiores.

CAPVA.

*1 AEr I 1119 Capita iugata Iovis cum laurea et Iunonis cum diademate, ad d.
Iuppiter in quadrigis, dextra fulmen, sinistra sceptrum et habenas tenens ad d.

2 AErp G† 432 Caput Iovis laureatum ad d.
Aquila expansis alis, unguibus fulmen tenens; infra ⊐ΠΑꓘ. [Edidi cit. suppl. p. 9 n. 34].

*3 AErp² F 160 Caput Iovis laureatum ad d.; pone duo astra.
Eadem aversa et inscriptio; ante aquilam duo astra.

*4 AEp² F 312 Caput idem ad d.; retro duo astra.
Duo milites praecincti cum palliolis, dextris gladios erectos, sinistris suculam tenent; pone duo astra; infra ⊐ΠΑꓘ.

5 AErp² F 247 }
6 AE F 240 }
7 AE F 239 } Caput idem, duo astra.
Diana, in cuius vertice lunula, palliolo ad humerum retroiecto, bigas ducit; supra duo astra; infra ⊐ΠΑꓘ.

8 AEr E 155 Caput idem; retro astrum.
Victoria tropaeo corollam imponit; pone astrum; infra ⊐ΠΑꓘ.

Victoriam Capuae cultam esse testatur Cicero (*de divin. I*, 44): *Capuae Victoria sudavit.*

10. Caput Dianae, prominente ad humerum arcu et pharetra.
Caput Minervae ad s. armatum galea cristata, in qua exsculpta corona oleaginea; pone monogr. ΧΕ.
Leo stans et retrospiciens, pedibus anterioribus arietis capiti insistit; inter crura idem monogr.; infra ΥΕΛΗΤΩΝ.

103 AR rp E 149 Caput Minervae ad s. armatum galea cristata, in qua exsculpta mulier pube tenus, alata et in equum desinens pedibus anterioribus porrectis; pone ΧΕ simul iunctae.
Leo ad d. toto suo corpore cervum prostratum opprimit, unguibus tenet, eiusque collum morsu frangit: cervus vero capite erecto frustra se attollere nititur; infra ΦΙ; supra ΥΕΛΗΤΩΝ.

Met. Stil. Magn. Pond.

104 AR rp^2 E† 141
105 AR p^2 E† 143
106 AR p E† 142
107 Pell. E† 121
Caput Minervae ad s. armatum galea cristata, in qua exsculptus gryphus et folium periclymeni in ea parte, quae collum protegit; pone in sigillo quadrato et cavo literae ΙΕ exstantes.
Leo insistit cervo prostrato ad s., eodem modo ac in numo praecedente; supra ΥΕΛΗΤΩΝ.

108 AR p E† 140 Iidem typi et inscriptio, sed in adversa supra Minervae galeam litera Α.

109 AR p^2 E† 143 Similis, sed supra in adversa Δ.

110 AR p^2 E† 144 Similis praecedenti.

111 AR rp E† 150 Caput Minervae ad s. armatum galea cristata, in qua exsculptus gryphus.
Leo insistit cervo prostrato ad d., eumque occidere nititur eodem modo ac in numis praecedentibus; infra folium hederae, supra ΥΕΛΗΤΩΝ.

112 AR rp E† 148 Iidem typi et inscriptio, sed pone in adversa Τ; infra in aversa Ǝ. [Pro Τ in huius numi adversa legi Γ].

113 AR rp E† 148 Caput Minervae ad s. armatum galea cristata opere phrygio sculpta et grypho insignita.
Adversa ut in praecedente.

114 AR rp^3 E† 150 Caput Minervae ad s. armatum galea cristata, in qua gryphus et laurea; in ea vero parte, quae collum protegit, folium periclymeni.
Leo ad d. toto suo corpore cervum opprimens ut supra; infra Ν; circum ΥΕΛΗΤΩΝ. [Epigraphe posticae in hoc numo fuit ΥΕΛΗΤΩ (sic), infra И].

115 AR rp E† 149 Caput idem, in cuius galea gryphus cum laurea; pone noctua.
Aversa ut in numo praecedente; infra serpens convolutus. [Noctua in antica sat mihi incerta. Quod vero serpens convolutus Carellio dicitur, symbolum fuit ◌].

116 AR rp^3 E† 158 Caput idem, in cuius galea exsculpta laurea et folium periclymeni cum capreolis eiusdem plantae.
Leo ad s. cervum opprimens ut in aliis; circum ΥΕΛΗΤΩΝ.

117 AR rp^3 E 149 Caput Minervae pariter ad d. armatum galea cristata, in qua exsculpta mulier a pube in piscem desinens, dextera manu elata, sinistra pectori admota.
Typus aversae ut in praecedente; supra ΥΕΛΕΤΕΩΝ (sic). [Epigraphen in huius numi postica sic legi ΥΕΛΗΤΕΩ..].

118 AR rp^2 E† 147 Caput Minervae ad d. armatum galea cristata, in qua exsculptus gryphus et folium periclymeni.
Leo ad d. cervum extinctum tranquille devorans; supra ΥΕΛΗΤΩΝ.

TAB. CXLIII.

77—86. Caput Iovis barbatum laureatum, interdum intra lauream aut addita littera Ι vel globulo.

)(ΥΕΛΗΤΩΝ, aut ΥΕΛΗΤ, aut ΥΕΛΗ. Noctua stans obversa alis apertis, raro addita littera variante in area, puta Γ (*Car. D. n.* 121, 119, 120, 124, 135, 132, 125, 137; *Magnan. Lucan. num. tab.* 18, *VIII*).

87. Caput Palladis tectum galea attica cristata superne leniter inflexa et oleae ramo ornata.

)(ΥΕΛΗ. Protome leonis praedae reliquias devorantis (*Car. D. n.* 138; *Mion. Suppl. n.* 904; *cf. supra Tab. CXXXVI, n.* 1—3).

88—90. Caput Palladis galea corinthia cristata tectum; pone globulus aut Ι.

)(ΥΕΛΗΤΩΝ. Noctua stans alis collectis (*Car. D. n.* 141).

91—93. Caput iuvenile galea cristata tectum.

)(ΥΕΛΗ. Tripus (*Car. D. n.* 145, 146, 154).

94. Caput virile, ut videtur, galea bucculis instructa tectum.

)(ΥΕΛΗ, tripodi adscriptum.

Caput adversae suspicor referre Cyrnum heroa, cui Velienses Pythiae responso sacrarium exstruere iussi sunt (*Herodot. I,* 165, 167).

95—97. Caput Herculis imberbe leonis rictu tectum.

)(ΥΕΛΗ. Noctua stans paene adversa, aut oleae ramo insistens aut intra coronam oleagineam (*Car. D. n.* 156, 159, 163).

98. Caput Bacchi hedera redimitum, addito ad collum thyrso lemniscato.

)(ΥΕΛΗ. Noctua paene obversa stans alis apertis (*Car. D. n.* 166).

99. Caput iuvenile coma compta et collecta.

)(ΥΕΛΗ. Noctua fere adversa stans alis apertis.

LAVS. *Arg.* 1—7. *Aen.* 8—11.

TAB. CXLIV.

1. ΛΑϟ. Bos facie humana barbata respiciens.

)(ΝΟΜ. Bos facie humana barbata stans (*Magnan. Lucan. num. tab.* 6; *Avellin. It. vet. num. T. II, p.* 12, *n.* 1).

2. ΣΑΛ. Bos facie humana barbata stans.

)(ΜΟΝ. Bos facie humana barbata respiciens (*cf. Eckhel T. I, p.* 154, ubi pro ΟΛ in aversa legendum videtur ΜΟΝ ut in nostro, ita ut integra epigraphe sit ΜΟΝΣΑΛ i. e. ΛΑΙΝΟΣ).

3. ϟΑΛ. Bos facie humana barbata respiciens: in exergo glans querna.

)(ϟΑΛ. Bos facie humana barbata stans; cuius dorso incerta res imposita est (*cf. Mionnet, Descr. n.* 527; *Sestini, Lett. T. VII, tav. I,* 5).

4. ΣΑΛ. Bos humana facie barbata stans ad d.

)(Bos similis stans ad s. (*Car. D. n.* 3).

5. ΣΑΛ. Bos gradiens?

)(ΣΑ.. Bos facie humana barbata stans ad s. et respiciens ad d. (*Car. D. n.* 4).

6. Bos facie humana barbata stans ad s. et respiciens ad d.

)(ΛΑϟ. Glans querna calice suo instructa (*Car. D. n.* 5).

7. Bos facie humana imberbi galeatus stans ad d. et respiciens ad s.

Numi Aenei.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
119	AE rp^{2}	D	64	Caput Iovis barbatum et laureatum ad s. Noctua passis alis; supra ΦΙ; infra ΥΕΛΗΤΩΝ.
*120	AE r	C	40	Caput idem; circum corona oleaginea. Noctua passis alis; infra ΥΕΛΗΤΩΝ.
121	AE rp^{2}	C†	52	Caput idem ad d. Aversa ut in praecedente.
122	AE p^{2}	C†	47	Similis praecedenti.
123	AE	C†	32	Similis.
124	AE rp^{2}	D	58	Iidem typi; infra in aversa ΥΕΛΗ et in area Γ.
125	AE b	D	77	Iidem typi, infra in aversa ΥΕΛΗ.
126	AE b	D	69	Iidem typi et eadem inscriptio ac in praecedente.
127	AE b	D	63	
128	AE b	D	56	
129	AE b	D	49	
130	AE b	D	46	
131	AE b	D	44	
132	AE b	C	35	
133	AE b	C	34	
134	AE b	C	33	
135	AE b	C	30	
136	AE b	C	25	
137	AE b	C†	34	Iidem typi et inscriptio, sed caput Iovis ad s.
138	AE r	E	108	Caput Minervae ad s. armatum galea formae Phrygiae laureata. Leonis pars anterior, capite et pedibus porrectis, infra ΥΕΛΗ.
139	AE	E	116	
140	AE rp	B†	21	Caput Minervae armatum galea cristata ad d. Noctua stans ad d.; pone ΥΕΛΗΤ.
141	AE rp^{2}	B†	24	Caput idem; pone Ι. Noctua stans ad d.; pone ΥΕΛΗΤΩΝ.
142	AE rp	B†	23	Caput idem. Noctua ad d. stans; ante ΥΕΛΗ.
143	AE b	B†	34	Caput idem. Noctua ad s. stans; ante ΥΗ.
144	AE b	B†	30	Iidem typi et inscriptio.
145	AE b	C	59	Caput Minervae armatum galea cristata ad d. Tripus; ad s. Υ/Λ; ad d. Ε/Η.
146	AE b	C†	46	Iidem typi et eadem inscriptio ac in praecedente.
147	AE b	C	46	
148	AE b	C	45	
149	AE b	C	42	
150	AE b	C	40	
151	AE b	C	39	
152	AE b	C	35	
153	AE b	C	32	
154	AE b	B	36	
155	AE b	B†	27	
156	AE rp^{2}	D	69	Caput Herculis imberbe tectum capite leonis ad s. Noctua passis alis ad s. stans; ante ΥΕΛΗ.
157	AE	D	80	Similis.
158	AE rp^{3}	D	88	Caput idem. Noctua passis alis ad d.; ante ΥΕΛΗ.
159	AE rp	C†	70	Caput idem ad d. Noctua ad s. oleae ramo insistens; pone ΥΕΛΗ.
160	AE p	C†	52	Iidem typi et inscriptio.
161	AE p	C†	52	
162	AE r	B	34	Idem caput. Noctua passis alis.
163	AE rp^{3}	D	84	Caput idem. Noctua obversa insistens coronae oleagineae, quae numi oram ambit; ad s. Υ/Λ; ad d. Ε/Η.
164	AE p^{2}	D	80	Similis.
165	AE b	C†	46	Caput idem ad s. Noctua obversa passis alis; pone ΥΕΛΗ.
*166	AE b	B	20	Caput Bacchi hederacea corona redimitum ad d.; ad collum thyrsus. Noctua ut supra; infra ΥΕΛΗ.

*LAVS.

1	AR ap	E	135	Taurus facie humana barbata, gradiens ad d.; supra ΣΑΛ. Taurus capite humano imberbi galeato, retrospiciens, gradiens ad s.; supra ΜΟΝ.
2	AR ap	E½	134	Taurus capite humano imberbi galeato, retrospiciens, et super basi ad d. stans.

)(Idem typus situ contrario et operis incusi (*Car. D. n.* 2; *Raoul-Rochette, Numism. Tarent. Pl. A*, 8, *p.* 185, sed ibi bos facie virili barbata galeata; *cf. Eckhel T. I, p.* 161; *Millingen, Consider. p.* 51).

8. Caput muliebre coma collecta et compta, monili exornatum.

)(ΛΑΙΝΩΝ. Columba stans pascentis modo (*Car. D. n.* 6, *addito* ΛΑ *in adversa*).

9—11. Alii similes anepigraphi, in quibus columba stat altera ala aperta (*Car. D. n.* 7—9).

VRSENTINI. *Aen.*

TAB. CXLV.

1. Caput Dianae prominente ad humeros pharetra.

)(ΟΡΣΑΝΤΙΝΩΝ. Figura nuda virilis obversa stans, d. pateram, s.... (*Bentinck, Catal. II*, 941).

2. Caput simile, sed non apparet pharetra.

)(ΟΡΣΑΝΤΙΝΩΝ. Apollo nudus obversus stans, d. pateram, s. arcum t. (*Pellerin, II Suppl. Pl. I*, 9, prominente in adversa pone caput muliebre pharetra).

3. Caput iuvenile hedera coronatum; pone litterae ΧΡΥ in monogrammate.

)(ΟΡΣΑΝΤΙ... Ceres stolata stans obversa, d. t. facem schidiis taedae decussatis infixam, s. spicam; ante pedes res incerta (*Car. D. n.* 1).

Fiorellius (*Mon. ined. tav. III*, 1, *p.* 16) numum similem e Museo Santangelo edidit, in quo quod ante pedes Cereris cuspidem hastae vidit, dubium mihi videtur. Ceterum Ursentini uti in primis duobus numis Apollinem et Dianam, ita in tertio Bacchum et Cererem commodissime consociarunt. Quae cum ita sint, suspicor instrumentum illud ante Cereris pedes humi positum esse vomerem, formae similis in monumentis antiquis, adscripto etiam graeco vocabulo *ὕννις* (*cf. Mém. de l'Inst. Royal de France, Cl. de Litt. T. II, Pl.* 5, 6).

Met. Stil. Magn. Pond.

Eadem figura sed cava: ora numi pariter cava coronam myrti refert.

3 AR ap C 46 Taurus capite humano barbato ad d. stans; supra ΣΑΛ.
Taurus eodem cultu ad s. gradiens.

4 AR ap B† $21\frac{1}{2}$ Taurus gradiens ad d.; supra ΣΑΛ.
Taurus facie humana et barbata retrospiciens, gradiens ad sinistram.

5 AR ap B† $17\frac{1}{2}$ Glans querna; pone ΛΑΣ.
Aversa ut in praecedente.

6 AE ap² E 196 Caput mulieris ad d. cuius coma in reticulo collecta; ante ΛΑ.
Columba capite demisso ad d. pascentis modo; supra ΛΑΙΝΩΝ.

7 AE a D 126 } Caput idem ad d.
8 AE D 64 } Columba volans ad d.?

9 AE a C 45 Iidem typi.?

*VRSENTVM.

1 AE r D$\frac{1}{2}$ 85 Caput iuvenile ornatum corona hederacea ad d.; pone ΡΥ in monogrammate.
Mulier tunicata stans ad s. dextera manu gerit occam; ante spica (ut videtur) a solo assurgens; pone ΟΡΣΑΝΤ.....

*METAPONTVM.

1 AV rp³ D $51\frac{1}{2}$ Caput Iunonis ad d. coma promissa et cincinnata ornatum inauribus et tiara, in qua periclymeni folia insculpta.
Frumenti spica cum calamo, unde folium divergit ad d.; ante cycnus, pone ΜΕΤΑΡΟΝ.

2 AR ap G 148 Hordei spica uberrima cum calamo, unde folium divergit ad s.; pone ΜΕ: ora numi circulo punctis distincto ornata.

METAPONTVM. *Aur.* 1–2. *Arg.* 3—151. *Aen.* 152—195.

TAB. CXLVI.

1. Caput muliebre coma elegantissime compta et stephane periclymeni foliis insigni revincta, inauribus exornatum.

)(ΜΕΤΑΠΟΝ. Frumenti spica, cuius folio insidet cycnus; in area fortasse cornu inversum (*Car. D. n.* 1). — Carellius in adversa vidit Iunonis caput. In aureo simili musei Minervinii Avellinius (*Ital. vet. num. T. II, p.* 12, *n.* 1) vidit caput Cereris spicea corona ornatum.

2. Caput virile barbatum tectum galea corinthia cristata, cui insculptus triton; in area Θ ΤΟ (non Ο ΤΟ).

)(ΜΕΤΑ. Duae spicae, iuxta formica (*Goltzius, Magnae Gr. tab. XXX, n.* 9).

Aureum hunc Goltzianum sive potius cuius adversam Goltzius corrupit, ideo in tabulas suas videtur Carellius retulisse, ut facile compararetur cum simili aureo e Museo Atestino seculo XVII inlato in Mediceum, ubi hodiedum adservatur (*v. Mionnet, Suppl. T. I, Pl. XI*, 3; *cf. Cavedoni, delle monete in oro un tempo del Mus. Estense p.* 16). Ceterum caput adversae collatis similibus argenteis Metaponti numis (*cf. infra tab. CLIV*), Leucippi herois conditoris videtur esse. In aureo supra laudato musei Florentini galea herois non Tritone, sed Scylla monstro uti in numis Tarentinis exornatur; unde tum cum Tarentini et Metapontini cum Alexandro Epiri rege foedere inito contra barbaros bellum gerebant signari potuit (*cf. infra n.* 103).

TAB. CXLVII.

3—19. Hordei spica uberrima, plerumque cum epigraphe ΜΕ, ΜΕΤ, ΤƎΜ, ΜΕΤΑ, ΜΕΤΑΠ, additis sigillis variantibus, puta cicada, lacerta, mure spicae insidentibus.

)(Spica eadem sed operis incusi, addito interdum sigillo, sive eo quod in adversa est (*n.* 12) sive diverso, puta delphine (*Car. D. n.* 2, 3, 5, 4, 6, 17, 19, 18, 12, 13,

Met. Stil. Magn. Pond.

Eiusdem spicae typus, sed cavus et sine folio: ora numi striata et pariter cava.

3 AR p G 152 Similis, sed inscriptus ΜΕΤ.

4 AR ap³ F† 155 Hordei spica sine folio, et inscriptus ΜΕΤΑ.

5 AR p F† 155 Similis; sed ΜΕ ad s.; ΤΑ ad d.

6 AR ap³ F† 154 Iidem typi; sed pone in adversa ΜΕΤΑΠ.

7 AR ap² F 158 Similis, sed inscriptus ΜΕΤΑ; ora vero numi in adversa eleganter caelata undas maris refert, inter quas puncta exsculpta.

8 AR a F 152 Similis numo descripto num. 1, sed inscriptus ΤƎΜ.

9 AR p³ F 159 Similis num. 7.

10 AR p² E† 148 Similis.

11 AR E† 149 Similis, sed inscriptio deleta.

12 AR E† 150 Similis, sed pone in adversa ΜΕΤ.

13 Pell. ap E 124 Iidem typi; pone in adversa ΜΕΤΑ.

14 Pell. E† 119 Similis, sed sine literis.

15 AR a E† 154 Hordei spica.
Idem typus, sed cavus; ora numi striata.

16 AR E 140 Iidem typi.

17 AR ap E 152 Similis num. 4; ante in adversa lacerta; pone ΜΕΤ.

18 AR ap³ E 153 Hordei spica; pone locusta aristis insidens; ante ΑΤƎΜ: ora numi duobus circulis in puncta distinctis ornata.
Eadem spica, sed cava; ante locusta exstantis operis aristis insidens; pone ΑΤƎΜ opere pariter exstante: ora numi striata et cava.

19 AR p E 153 Hordei spica; pone mus.
Eadem spica, sed cava.

20 AR ap³ D$\frac{1}{2}$ 49 Similis num. 2; pone ΜΕΤ.

21 AR ap³ D 43 Similis num. 4; ante in adversa ƎΜ.

22 AR ap³ D† 46 Similis; ante in adversa ΜΕΤΑ.

23 AR p³ D 51 Iidem typi et eadem inscriptio.

24 AR a B† 8 Similis num. 1, sed sine inscriptione.

21, 20, 22; *cf. Cab. d'Allier d'Hauteroche Pl. I*, 12; *Nouvelles Annal. T. I, p.* 390, *Pl. XI*, 4).

—22. Alii similes multo minoris moduli (*Car. D. n.* 24, 25, 26).

Spica operis extantis.

)(Granum hordei inter duos circulos, operis incusi (*Car. D. n.* 27).

24. Alius similis, additis binis circulis operis exstantis in adversa (*Car. D. n.* 28).

Circuli hi obolos videntur designare.

25. ΜΕΤΑ. Spica hordei operis exstantis.

)(Caput vituli obversum operis incusi (*Car. D. n.* 31).

26. ΜΕΤ. Spica operis exstantis.

)(Caput tauri obversum cornibus deorsum inflexis; operis incusi (*Car. D. n.* 30).

27. Spica operis exstantis.

)(Lunulae tres aversae in orbem dispositae, additis globulis quattuor, quorum unus in area media est, reliqui intra singularum lunularum cornua; operis incusi (*Car. D. n.* 38; *cf. Bull. arch. Napol. T. I, p.* 132; *II*, 42).

Tab. CXLVIII.

28—37. Caput muliebre coma compta et crispata, plerumque inauribus et monili exornatum; semel pone addita littera variante Ο.

)(ΜΕΤ, ΜΕΤΑ, ΜΕΤΙ (sic), ΜΕΤΑΠΟ, ΜΕΤΑΠΟΝΤΙΟ?, semel ΜΕΤΑ tabellae exstanti inscriptum. Spica addito interdum magistratus nomine, puta ⊢ΗΡ et saepe sigillo variante, scilicet urceo, clava, spica (*Car. D. n.* 42, 40, 53, 65, 59, 46; *Hunter, tab.* 3, *I*; *Mionnet, Rec. Pl. LXIV*, 8).

Tab. CXLIX.

38—48. Caput muliebre coma compta et diademate eodemque interdum duplici revincta, plerumque inauribus, in tribus monili quoque exornatum, in duobus corona hederacea vel laurea inclusum, adiuncto rarius sigillo variante, puta malo punico et re aliqua formae pyramidalis (*n.* 40, 43).

)(ΜΕΤΑ, ΜΕΤΑΠ. Spica hordei cum sigillo variante, puta calice dioto, folio hederae, locusta, pyro, avicula volante, locusta marina (*Car. D. n.* 63, 56, 41, 49, 47?, 52, 51).

Monilis n. 40, 43, quod e filo margaritarum et capite leonino aureo gemmave exsculpto videtur esse compositum, simile ornat collum Apollinis in numo Crotonis Carelliano (*Car. D. n. 74, infra tab. CLXXXIV, n.* 20).

Tab. CL.

49. Caput iuvenile coma compta et diademate revincta; pone ΣΤ.

)(ΜΕΤΑΒΟ. Spica (*Magnan, Lucania num. tab.* 37).

50. Caput iuvenile, coma compta et duplici corona myrtea? revincta.

)(ΜΕΤΑΒΟ. Spica (*Carell. D. n.* 163, pone caput Σ).

51. Alius similis, sed scriptum ΜΕΤ (*Car. D. n.* 164).

De *Metabo* conditore, cuius effigies extat in horum numorum adversa, vide Eckhelium (*T. I, p.* 156), a quo laudatis scriptoribus adde Hesychium v. *μετάβολοι*. Lectio *Metapini sallus et Heracleae* in Varrone (*R. R. II*, 9, 6) retinenda videtur; propius enim accedit ad dialectum Italicam et numorum inscriptionem ΜΕΤΑΒΟ.

52. Caput iuvenile coma compta et diademate revincta.

)(ΜΕΤΑ. Spica, cuius folio insistit locusta (*Car. D. n.* 166, sed pone caput Ǝ).

Carellius in vertice capitis adversae quem vidit florem loti, fortasse sunt tres comae cincinni (*vide ducem de Luynes, Annali dell' Inst. T. XIII, p.* 133).

53. Caput muliebre coma compta et culmo, cuius spica ad frontem dependet, revincta, monili ornatum.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
25	AR ap³	B	8	Iidem typi ac in numo descripto num. 4; ante in adversa ΜΕΤ.
26	AR	B	8½	Similis, sed sine inscriptione.
27	AR a	B	14	Hordei spica. Frumenta granum in cavo; hinc inde litera Ο opere exstante caelata.
28	AR p	B	13	Similis praecedenti: literae Ο sunt etiam in adversa.
29	AR ap	B	13½	Adversa ut in praecedente. Hordei granum, hinc inde litera Ο ut supra.
30	AR ap²	B†	26	Hordei spica; ante ƎΜ. Tauri caput adversum in cavo: ora numi striata et pariter cava.
31	AR	B†	22	Similis praecedenti; pone in adversa ΜΕΤ.
32	AR p²	B†	24	(31–32)
33	AR p	B†	23	Iidem typi; et inscriptio; sed a culmo divergit folium ad s.
34	AR p²	B†	22	Adversa et inscriptio ut in num. 7: aversa vero ut in numo praecedente.
35	AR ap	B†	21	Iidem typi et inscriptio; sed ora adversae circulo punctis distincto ornata.
36	AR ap²	B†	24	Similis praecedenti.
37	AR ap²	B†	24	Iidem typi; pone spicam ΜΕ; ante ΤΑ.
38	AR ap²	B	12	Hordei spica. Tres lunulae aversae et quattuor globuli.
39	AR	B	11	Similis praecedenti.
40	AR a	E	104	Caput mulieris ad d. curta coma, vitta cinctum. Hordei spica; e cuius culmo folium ad d. divergit.
41	AR ap	E	149	Caput muliebre eodem cultu ad d. Hordei spica, ante pyrum; pone ...ΤΑΠ.
42	AR ap	E	134	Caput eodem cultu ad s. Hordei spica ut in num. 40; pone ΜΕΤ.
43	AR rp²	E	153	Caput muliebre ad d. inauribus et monili ornatum, coma tenui filo revincta et ad occiput strophio collecta. Spica ut in praecedente; pone ΜΕΤΑ.
44	AR r	E	143	Caput muliebre ad s. eodem cultu et crispa coma. Hordei spica; pone murex; ante ΜΕΤΑ.
45	AR	E	122	(44–45)

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
46	AR rp	E	142	Caput muliebre inauribus et monili ornatum ad d. Hordei spica, e cuius culmo ad s. divergit folium, super quo clava; ante ΜΕΤΑ.
47	AR rp	E	148	Caput muliebre inauribus ornatum, coma ad occiput retorta et redimiculo decussato coercita. Hordei spica, e cuius culmo folium divergit ad d.; pone ΜΕΤΑ.
48	AR rp	E	126	Caput idem. Hordei spica cum folio ad s. divergente; pone Τ; ante ΜΕΤΑ.
49	AR rp²	E	148	Caput idem; ante malum punicum. Hordei spica, e cuius culmo divergit ad d. folium, super quo avis volans; pone ΜΕΤΑ.
50	AR p	E	151	(49–50)
51	AR rp²	E	150	Caput idem; oram numi corona laurea ambit. Hordei spica cum folio ad s. divergente; ante locusta marina; pone ΜΕΤ.
52	AR rp²	E	145	Caput idem; hederae ramus oram numi ambit. Eadem spica cum folio ad d. divergente; pone ΜΕΤ.
53	AR r	E	130	Caput mulieris ad d. curta coma eleganter cincinnata; pone Ο. Hordei spica cum folio ad s.; ante ΜΕΤΑΠΟ.
54	AR rp²	E	148	Caput mulieris ad d. coma ad occiput retorta et fasciola revincta. Spica ut in praecedente; ante ΜΕΤΑ.
55	AR p	E	150	(54–55)
56	AR rp²	E†	146	Caput mulieris ad s. curta et crispa coma, inauribus ornatum. Hordei spica cum folio ad d., super quo hederae folium; pone ΜΕΤΑΠ.
57	AR r	E†	118	Caput idem, sed coma ad occiput reticulo ornata. Spica hordei; pone ΜΕΤΑ.
58	AR r	E	145	Caput muliebre ad d. inauribus ornatum, curta et crispata coma. Hordei spica, super cuius folio ad d. urceus; infra ΦΙ.
59	AR p	E	152	Similis; insuper pone spicam ΜΕΤΑ.

)(ΜΕΤΑ. Spica, cui adrepit locusta (*Hunter, tab.* 37, *XV*).

54. Alius similis, sed pro locusta lauri ramusculus vel simile quid. De locusta spicae adposita vide *Bull. arch. Napol. T. II, p.* 124 *et* 133.

Tab. CLI.

55—64. Caput muliebre coma crispata et compta, diademate, stephane et reticulo aut ampyce revincta, saepe inauribus, interdum et monili exornatum, cui adscriptum in uno ΝΙΚΑ (non ΝΙΚΙ), in altero ΧΡΙ.

)(ΜΕΤ, ΜΕΤΑ, ΜΕΤΑΠΟΝΤΙ, aut sine epigraphe. Spica, cui iungitur noctua, botrus, murex, malum punicum (caput papaveris?), locusta, Α, ΛΥ (non ΑΥ n. 63, qui numus pelliculatus est). (*Car. D. n.* 44, 45*?*, 62, 57, 75, 64, 70).

Numi 62, 63 et sequentes 78, 81, 90, inscripti ΛΥ omisso in uno Metaponti nomine signari potuerunt Metaponti a Lucanis (gr. ΛΥ*κιανοῖς*) rerum potitis; item numus 61 inscriptus ΝΙΚΑ, quae epigraphe obvia est in Lucanorem numis. Ad nomen ΛΥΚΙΑΝΩΝ referri possunt etiam tria illa lucida sidera, quibus reticulum deae ΝΙΚΑΣ insignitur, aeque ac astrum et Ceres vel Diana taedifera in numis 78, 81 (*cf. Bull. arch. Napol. T. II, p.* 124). Quae coniectura si probabitur eruditis, minus mirabuntur, qui factum sit, ut Lucani licet rerum potiti moneta argentea careant (*cf. Millingen, Consid. p.* 96, 97).

Tab. CLII.

65. ΣΩΤΗΡΙΑ, superscriptum capiti Cereris adverso spicis coronato.

)(ΜΕΤΑ. Spica (*Eckhel, Num. vet. Tab. III,* 16).

Pro ΣΩΤΗΡΙΑ exspectes ΣΩΤΕΙΡΑ, ut in numis Syracusanis cum capite Dianae. Eckhelius opinatur voce ΣΩΤΗΡΙΑ intelligi *Salutem;* malim ΣΩΤΗΡΙΑ ex dialecto esse pro ΣΩΤΕΙΡΑ, veluti ΚΟΡΙΑ pro ΚΟΡΑ Diana apud Callimachum (*in Dian. v.* 233) audit, item Minerva apud Arcades CORIA nominata (*Cic. Nat. D. III,* 23)*;* aut subaudiendum ΙΕΡΑ (*v. R. Rochette, graveurs, p.* 7).

66. Caput Cereris velatum diadematum, cui addita taeda schidiis decussatis praefixa.

)(ΜΕΤΑΠΟΝΤ. Spica (*Car. D. n.* 76).

67. Caput Cereris obversum spicis ut videtur coronatum.

)(Spica, supra cuius folium est caput bovis; infra ΑΘΑ (non ΛΟΛ) (*Car. D. n.* 77).

Cum spicae in diagrammate non appareant, potest fuisse caput Apollinis laureati (*cf. Avellino, Opusc. T. II, p.* 82, *n.* 70*; Bull. arch. Napol. T. III, p.* 105).

68—73. Caput Cereris corona spicea redimitum, calyptra auripendentibus et monili exornatum, adscripto interdum ΔΑΜΑΤΗΡ, aut ΙΝ (aut Ν tantum?).

)(ΜΕΤΑ. Spica cum capite bovis obverso, aut avicula volante, et ΑΡΙ, mure et Φ, tripode, diota operculo instructa, larva vel capite senili pileato? (*Car. D. n.* 79, 80, 84, 81, 82*; Mion. Rec. Pl. LXIV,* 6).

74—90. Caput Cereris spicis coronatum, inauribus, plerumque etiam monili, exornatum.

)(ΜΕΤΑ, ΜΕΤ, ΜΕΤΑΠΟ. Spica cum sigillis et litteris variantibus, puta colo compta, Pegaso volante, diota et ΦΙ, forcipe, Diana taedifera et ΛΥ (non ΑΤ), rastro et ΔΑ (non ΛΛ), astro et ΛΥ, musca, aratro, binis diotis, clava, amphora, ciconia, caduceo et ΛΥ (*Car. D. n.* 90, 95, 92, 96, 99, 98, 88, 87, 89, 46, 85*?*, 100*; Avellinus n.* 87, 65). — Colus compta (*n.* 74), binae

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
60	ARr	E†	146	Caput muliebre ad d. vitta redimitum. Spica eadem cum folio ad s.; ante ΜΕΤΑ.
61	ARrp	E†	147	Caput muliebre curta et cincinnata coma, inauribus, monili et diademate ornatum ad s. Spica eadem cum folio ad s.; ante ΜΕΤΑ.
62	ARp	E	147	Iidem typi et inscriptio; supra folium Α.
63	ARp^2	E	149	Iidem typi et inscriptio; supra folium diota.
64	ARrp^2	E	149	Caput mulieris ad d. coma eleganter cincinnata, et redimiculo decussato cincta. Spica eadem; infra folium ΛΥ; ante ΜΕΤΑ.
65	ARrp^3	E	154	Caput muliebre ad d. inauribus ornatum, curta et crispa coma, diademate cinctum. Eadem spica; ante ΜΕΤΙ (sic).
66	ARrp^2	E†	151	Caput muliebre ad d. inauribus ornatum, et coma eleganter compta diademate decussato coercita. Hordei spica, cum folio ad s.; ante ΜΕΤΑ.
67	ARp^2	E†	149	
68	AR	E	147	Similis.
69	AR	E	140	
70	Pell.r	E	118	Caput muliebre ad d. inauribus ornatum; coma vero cincinnata et post collum reticulo collecta; pone ΧΡΙ. Hordei spica cum folio ad d., supra quod ΛΥ; pone ΜΕΤΑ.
71	ARrp^3	E	148	Caput muliebre ad d. inauribus ornatum; coma vero plexa et ad occiput in tutulum convoluta. Hordei spica cum folio ad d. super quo loti flos; pone ΜΕΤΑΠΟΝ.
72	ARrp^2	E†	151	Caput muliebre ad s. monili ornatum, cuius crispa coma ad occiput retorta culmis coercetur, unde hordei spica cum folio prominet ante. Hordei spica, cui insidet papilio; ante ΜΕΤΑ.
73	AR	E	135	
74	ARrp^2	E	142	Caput idem ad s. Hordei spica; ante vitis cum foliis et botryo; pone ΜΕΤΑΠΟΝΤΙ.
75	ARrp^2	E	150	Caput muliebre ad d. inauribus et diademate ornatum: coma ad occiput collecta in reticulo tribus stellis insignito; ante ΝΙΚΑ. Spica hordei cum folio ad s.: super quo malum punicum; ante ΜΕΤΑΠΟΝΤΙΟ.
76	Pell.rp^2	E	121	Caput mulieris diadematum et velatum ad d.; ante occa. Hordei spica, circa quam ΜΕΤΑΡΟΝΤ.
77	ARrp^2	E	155	Caput mulieris obversum coma deflua et cincinnata, spicis coronatum. Spica hordei cum folio divergente ad d.; super quo caput tauri et infra ΑΘΑ.
78	ARp^2	E	124	Eiusdem numi aliud exemplar; sed infra folium ΑΘ.
79	Pell.r	E	122	Caput Cereris ad d. inauribus, monili, corona spicea et velo ad collum defluo ornatum; ante ΔΑΜΑΤΗΡ. Hordei spica, e cuius culmo folium ad dexteram divergit; pone ΜΕΤΑ.
80	ARrp^2	E	148	Caput idem; inscriptio ΔΑΜΑΤΗΡ aliquantum detrita. Hordei spica, e cuius culmo folium ad d. divergit, super quo avis volans; infra ΑΡΙ; pone ΜΕΤΑ.
81	ARrp^3	E	154	Caput idem sine inscriptione. Hordei spica ut in praecedente; super folio cratera utrinque ansata; infra ΦΙ; pone ΜΕΤΑ.
82	ARrp^3	E	151	Iidem typi et inscriptio; sed ante caput Cereris Ν; in aversa super folio larva.
83	ARrp	E	137	Caput idem. Spica hordei cum folio ad s.; ante ΜΕΤΑ.
84	ARr	E	146	Iidem typi et inscriptio; sed pone spicam tripus.
85	ARrp	E†	149	Caput Cereris corona spicea redimitum ad d. coma promissa; pone granum hordei. Spica hordei cum folio ad s., super quo mus; ante ΜΕΤΑ.
86	AR	E†	126	Adversa ut in praecedente. Hordei spica; ante piscis; pone ΜΕΤΑΠΟ.
87	Pell.rp^2	E	133	Caput Cereris ad d. ornatum monili, inauribus et corona spicea, coma promissa et cincinnata. Spica hordei, super cuius folio ad d. Victoriola alata stans et ambabus manibus elatis corollam tenens; infra ΛΥ; ante ΜΕΤΑ.

Dioscurorum diotae et clava (85, 86) amicitiam et foedus cum Tarentinis aut origines coloniae Achaeorum Laconum (*cf. Millingen, Consid. p.* 21) innuere videntur. — Forceps (*n.* 77) fortasse refert unum e ferramentis Metaponti adservatis, quibus Epeus equum Troianum exstruxit (*cf. Bull. arch. Napol. T. III, p.* 123—125). In numis 79, 80 quam Carellius dicit furculam quinque dentibus instructam, mihi aliisque videtur rastrum ad agros colendos (*cf. Bull. arch. Napol. Ann. II, p.* 124; *Mionn. D. n.* 556; *Avellin. n.* 118).

91. Caput Cereris monili exornatum et spicis coronatum.
)(ΜΕΤΑ. Duae spicae, adiuncta taeda schidiis duabus decussatis praefixa (*Car. D. n.* 102).

92. Caput Cereris spicis coronatum et inauribus exornatum.
)(ΜΕΤΑ. Spica, ad cuius folium est aratrum (*Car. D. n.* 104, *sed sub folio* Γ).

93. Alius similis, sed folio spicae insidet noctua (*Car. D. n.* 103) in diagrammate imperfecte expressa.

Tab. CLIII.

94. Caput Iovis corona querna coronatum; pone fulmen.
)(ΜΕΤΑΠΟΝ. Spica, in area ΚΑ (*cf. Combe, Mus. Brit. tab. III,* 15; *Fiorelli, Monete ined. tav. III,* 5).

95. Caput Iovis laureatum.
)(Spica, ad cuius folium visitur urceus addito Δ (*Car. D.* 106).
Fiorellius (*op. c. p.* 21) ad origines Metaponti Aetolicas caput Iovis Dodonaei querna fronde coronati refert; potest referri etiam ad foedus Metapontinorum cum Alexandro Neoptolemi et Pyrrho regibus, praesertim cum singularis similitudo inter hos numos et Tarentinos supra descriptos intercedat (*v. supra tab. CXIX, n.* 395—398).

96—98. Caput Iovis Ammonis barbatum laureatum et cornu arietino insigne.
)(ΜΕ. Spica, cuius folio apponitur tripus aut aratrum aut noctua (*Car. D. n.* 107, 109).

99. Caput iuvenile imberbe laureatum, cornu et aure arietina insigne.
)(ΜΕΤΑ. Spica (*Car. D. n.* 111).

100—102. Alii similes minoris moduli, additis in aversa sigillis variantibus, puta noctua, tripode (*Car. D. n.* 114; *Avellin. Ital. vet. num. T. II, p.* 16, *n.* 112—114; *Mionnet, Suppl. n.* 687).

103. Caput imberbe cornu arietino insigne.
)(Hercules nudus stans leonem suffocare adnititur: pone clava (*Car. D. n.* 110; *Bull. arch. Nap. T. I, tav. VIII,* 20).
Carellius supra leonem cum noctuam vidisset, numum suspectum habuit, quod in eo adversa Metapontini numismatis cum aversa Tarentini coniungatur. At hodie constat complures Apuliae urbes aeque ac Metapontum typos Tarentinos sive foederis sive commercii caussa in numos suos intulisse (*cf. Bull. arch. Napol. T. I, p.* 132; *II,* 120; *III,* 134).

Tab. CLIV.

104—114. Caput virile barbatum galea corinthia laurea interdum et crista exornata tectum, cui aliquoties adscriptum ΛΕΥΚΙΓΓΟΣ, additis in area sigillis aut litteris variantibus, puta protome leonis; cane sedente; rictu leonis et Γ; ΑΜΙ; gladio vagina et balteo atque ΚΑ (non Κ solum); ΝΙ; taeda schidiis duabus decussatis praefixa; uva; uva et taeda schidiis duabus decussatis praefixa; ΔΙ.
)(ΜΕΤΑΓΟΝΤΙΝΩΝ in tetradrachmis, ΜΕΤΑ aut sine epigraphe in didrachmis. Spica, cuius folio plerum-

	Met.	Stil.	Magn.	Pond.	
88	AR	p^{3}	E	155	Iidem typi et inscriptio; sed super folio stella; infra ΛΥ.
89	AR	p^{3}	E	141	Caput idem. Spica cum folio ad s.; super quo musca; infra ΛΥ; ante ΜΕΤΑ.
90	AR	p^{3}	E	154	Caput Cereris eodem cultu ad s. Aversa et inscriptio ut in praecedente; super folio gryphus; infra ΑΥ.
91	AR	p	E	150	
92	AR	p^{3}	E	155	Iidem typi et inscriptio; sed super folio forceps; infra ΑΘΑ.
93	AR	p^{2}	E†	154	
94	AR	p	E†	151	
95	AR	p^{3}	E†	151	Iidem typi et inscriptio; sed super folio diota; infra ΦΙ.
96	AR	p^{2}	E†	135	Iidem typi et inscriptio, sed super folio Diana succincta ambabus manibus facem protendens ad d.; infra ΛΥ.
97	Pell.	p^{2}	E†	115	
98	AR	p^{3}	E†	150	Iidem typi et inscriptio; sed super folio furcula quinque dentibus instructa; infra ΔΑ.
99	AR	p^{3}	E†	153	Iidem typi et inscriptio, sed folium, furcula et literae ΔΑ ad d.
100	AR	rp^{3}	E†	155	Caput Cereris ad s. curta et cincinnata coma, inauribus, monili, et corona spicea ornatum. Spica hordei, cuius folium ad d. divergit; pone caduceus, infra quem ΛΥ; ante ΜΕΤΑ.
101	AR		E†	152	
102	AR	rp	C†	36	Caput muliebre ad d. monili ornatum, soluta et cincinnata coma, spicis redimitum. Binae hordei spicae, quorum folia ad d. divergunt; ante occa; pone ΜΕΤΑ.
103	AR	r	C	22	Caput idem ad d. Hordei spica cum folio divergente ad d.; super quo noctua; pone ΜΕΤΑ.
104	AR	r	C	21	Iidem typi et inscriptio ac in praecedente, sed super folio aratrum; infra Γ.
105	AR		C	15	
106	AR	rp	E†	151	Caput Iovis barbatum et laurea redimitum ad d.; ante literae detritae. Hordei spica cum folio ad s. divergente; super quo urceus; infra Δ.

	Met.	Stil.	Magn.	Pond.	
107	AR	rp	B†	19	Caput Iovis Ammonis barbatum, laureatum, et cornu arietino insigne ad d. Hordei spica cum folio ad d. divergente, super quo aratrum; pone ΜΕ.
108	AR		B†	16	
109	AR	rp^{2}	B†	20	Iidem typi ac in praecedente; sed super folio tripus: sine inscriptione.
110	AR		B†	17½	Caput idem ad s. Hercules nudus ad d. duobus genibus flexis leonem arrectum ambobus brachiis suffocare nititur; supra leonem noctua. (Suspectus et forsan fusus ex adversa Metapontini numismatis, et aversa Tarentini.)
111	AR	r	E	130	Caput virile imberbe laureatum ad d. cum aure arietina et cornu eiusdem beluae circa illam retorto. Hordei spica; ante ΜΕΤΑ.
112	AR	rp	B	23	Caput idem ad d. Hordei spica cum folio ad d.; pone ΜΕΤΑ.
113	AR		B	19	Caput idem ad s. Eadem aversa.
114	AR	p^{2}	B	19	Iidem typi et inscriptio; ante in aversa noctua stans.
115	AR	p	B	16	Iidem typi et inscriptio; ante in aversa aratrum.
116	AR	rp^{2}	E	308	Caput Martis (vel potius Leucippi) ad d. barbatum et armatum galea, in cuius cono exsculpta Victoriola quadrigam ducens; pone pantherae, ut videtur, pars anterior, et tres literae detritae. Hordei spica, e cuius culmo folium ad s. divergit; et super eo clava, infra ΑΜΙ; ante ΜΕΤΑΓΟΝΤΙΝΩΝ.
117	AR	rp^{3}	E†	154	Caput idem ad d. armatum galea; pone canis sedens ad s.; ante ΛΕΥΚΙΓΓΟΣ. Hordei spica cum folio ad d., super quo avicula volans ad d.; infra ΑΜ; pone ΜΕΤΑ.
118	AR		E	154	
119	AR	rp^{2}	E†	154	Caput idem; pone leonis caput; ante Π. Eadem spica cum folio ad s. super quo clava, infra ΑΜΙ; ante ΜΕΤΑ.
120	AR		E	154	
121	AR	rp^{3}	E	150	Caput idem; pone ΝΙ. Spica cum folio ad s. supra quod Pegasi pars anterior; ante ΜΕΤΑ; infra ΑΓ.

que quid superpositum est una cum decurtato magistratus nomine nempe, clava erecta et ΑΜΙ; avis alis apertis et ΑΜ; clava; fulmen; crater et ΚΑ (non ΚΛ); Pegasi protome et ΑΠ (omissum hoc in diagrammate); ⊢Η; vas rotundum seu potius malum punicum aut papaveris caput; triquetra et ΦΙ (*Car. D. n.* 116, 117, 119, 122, 121, 125, 123, 124; *Begerus, Thes. Palat. p.* 173; *Mionnet, D. n.* 574; *Hunter, tab.* 37, *XX*).

In numis his eximiis effigiem Leucippi ducis coloniae Achaicae Avellinius primus agnovit et comprobavit (*Ital. vet. num. T. II, p.* 20; *Opusc. T. I, p.* 198; *III, p.* 312).

115. Caput virile barbatum tectum galea corinthia cristata et hippocampo insignita.

)(ΜΕΤΑ. Duae spicae cum musca aut apicula.

Numus est suspectus. Similem, sed addito in adversa ΗΡΑΚΛΕΙΔΩΝ, dedit Magnanius (*Lucan. num. tab.* 37, *V*; *cf. Mionnet Suppl. n.* 684), qui eum excepisse videtur e Goltzii tabulis (*Magnae Gr. tab. XXX,* 10).

Tab. CLV.

116. Apollo nudus chlamyde ex humero s. retrorsum dependente sellae insidens s. lyram tetrachordon femori impositam tenet, d. eam pulsat, simul ore sublimi canere videtur; ante laurus arbor adsurgit.

)(Spica, adrepente ei locusta (*Car. D. n.* 128; *cf. Fiorelli, Mon. ined. p.* 21).

117. Apollo nudus stans d. praelongum lauri ramum humi imponit, s. demissa arcum t.

)(ΜΕΤΑ. Spica (*Car. D. n.* 130; *cf. R. Rochette Monnaies de Caulonia Pl. III, f.* 21).

118. Apollo nudus stans d. praelongum lauri ramum arae impositum aut adpositum tenet, s. demissa tenet arcum et sagittam, quae a delineatore omissa videtur.

)(ΜΕΤΑ. Spica, cui adrepit locusta (*Car. D. n.* 129; *R. Rochette, l. c. fig.* 22; *Combe, Mus. Brit. tab. III,* 14).

119. Numus fere similis, sed ex parte videtur erosus aut detritus.

120. Apollo nudus stans d. lateri applicata, s. demissa, t. arcum, addito hinc inde lauri ramo in coronae modum flexo.

)(ΜΕΤΑ. Spica (*Hunter, tab.* 37, *XXI*).

121. Alius fere similis, non satis integer, ut videtur (*Car. D. n.* 131).

Praeclaros hos numos conlata loco insigni Herodoti (*IV,* 15) de Apollinis et Aristeae simulacris dedicatis a Metapontinis in foro lauris consito iussu Aristeae Proconnesii, eodem fere tempore explicaverunt C. Othofr. Müllerus, dux de Luynes et Radulphus Rochette (*Monnaies de Caulonia p.* 46).

122. Caput Apollinis cincinnis et laurea exornatum.

)(ΜΕΤΑ. Spica (*Car. D. n.* 133).

123. Caput Apollinis redimitum taenia lauri ramo exornata lemniscisque dependentibus instructa, ex parte soluta.

)(Eadem inscriptio, idemque typus (*Car. D. n.* 136).

124. Alius similis, sed caput Apollinis taenia simili pressius revinctum (*Car. D. n,* 135).

125. Caput Apollinis, coma in collum demissa et laurea revincta.

)(ΜΕΤΑ. Spica et tripus (*Car. D. n.* 137).

Tab. CLVI.

126—127. Caput Palladis galea corinthia tectum; pone ΣΑ.

)(ΜΕΤΑ. Spica, cuius folio insidet noctua aut locusta et noctua eam opprimens aut supra quam posita est clava erecta; in area, ΑΘΑ (*Car. D. n.* 138).

128. Alius similis, sed in adv. deest ΣΑ, in av. folio spicae superposita clava erecta.

Si in numo 127 pariterque in praecedenti n. 101 noctua re

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
122	AR rp^3	E	154	Caput idem ad d.; pone ensis in vagina cum balteo; ante ΛΕΥΚΙΠΠΟΣ; infra Κ. Eadem spica; super folio ad d. diota; infra spicam ΚΑ; pone ΜΕΤΑ.
123	AR rp	E	151	Caput idem ad d.; pone botryon. Spica hordei, e cuius culmo folium ad s. divergit; ante ΜΕΤΑ.
124	AR r	E	143	Eadem adversa ac in praecedente. Spica ut in praecedente; pone urna.
125	AR rp^2	E	149	Caput idem ad d.; pone occa. Spica cum folio ad d. super quo ⊢Η; pone ΜΕΤΑ.
126	AR p^2	E†	151	
127	AR p^2	E†	153	Iidem typi et inscriptio; super folio Κ.
128	AR rp^2	E†	148	Apollo chlamyde ornatus subsellio insidens ad d. sinistra manu tenet lyram super sinistro genu, dextera illam pulsat; ante laurus arbor. Hordei spica; ante locusta; pone ΜΕΤΑ.
129	AR rp^2	E†	156	Apollo nudus longa coma ad occiput retorta et redimiculo cincta, stans ad s.; dextera manu tenet lauri ramum arae innixum, sinistra arcum et spiculum. Aversa et inscriptio ut in numo praecedente.
130	AR rp	E†	156	Apollo eodem cultu ac in praecedente stans ad s. dextera manu tenet lauri ramum solo innixum, sinistra vero demissa arcum. Hordei spica, pone ΜΕΤΑ.
131	AR r	D	52	Figura virilis nuda stans ad d. dextero cubito inflexo et manu lateri innixa, sinistra demissa. Hordei spica.
132	AR r	D†	146	Caput Apollinis laureatum ad d. promissa coma et eleganter cincinnata. Hordei spica cum folio ad d. divergente.
133	AR rp	E	155	Iidem typi; pone in aversa ΜΕΤΑ.
134	AR p^2	E	130	
135	AR r	E	137	Adversa ut in praecedente. Hordei spica cum folio ad s.; ante ΜΕΤΑ.
136	AR rp^3	F	154	Caput Apollinis ad s. curta coma, ornatum diademate, in qua exsculpta laurea: diadematis vero fimbriae numi aream exornant. Hordei spica cum folio ad d.; pone ΜΕΤΑ.
137	AR rp^3	D	54	Caput Apollinis ad s. laurea ornatum, coma promissa et cincinnata. Hordei spica cum folio ad s. et tripus ad d.; inter spicam et tripodem ΜΕΤΑ.
138	AR rp^2	E	149	Caput Minervae ad d. armatum galea, in qua nullus exsculptus ornatus; pone ΣΑ. Hordei spica, e cuius culmo folium ad d. divergit, super quo noctua stans; inter folium et spicam ΑΘΑ; pone ΜΕΤΑ.
139	AR rp^2	D	58	Caput Minervae ad d. armatum galea cristata in qua exsculpta ala. Hordei spica, e cuius culmo folium ad d. divergit, super quo clava, et aliud folium ad s. super quo litera ⊼ (sic).
140	AR rp	D	57	Adversa ut in praecedente. Hordei spica cum folio ad d. super quo clava; pone Κ.
141	AR	D	56	
142	AR rp^2	D	48	Adversa ut in praecedente. Spica cum folio ad d. super quo clava; pone sigillum rotundum et cavum, in quo avicula exsculpta.
143	AR p	D	61	Similis praecedenti, sed in sigillo partis aversae exsculpta noctua.
144	AR rp^2	D	62	Iidem typi, sed sigillum, in quo exsculpta noctua; infra folium; pone Κ.
145	AR r	B	22½	Caput Minervae ad d. armatum galea cristata, in qua exsculpta mulier a pube in piscem desinens. Hordei spica cum folio ad d. divergente, super quo aratrum; pone ΜΕΤΑ.
146	AR rp	B	21	Eadem adversa. Hordei spica eodem modo; super folio ad d. noctua; pone ΜΕΤΑ.
147	AR rp^2	B	16	Eadem adversa et eadem spica; super folio ad d. clava; pone ΜΕΤΑ.

vera locustam folio spicae insidentem opprimit unguibusve tenet, sententiam Avellinii (*Ital. vet. num. T. II, p.* 20) de locusta et mure spicae insistentibus eidemque infestis unice veram esse consequitur (*cf. Bull. arch. Napol. T. II, p.* 124, 133).

129. Caput Palladis galea attica cristata alata tectum.
)(Spica duplici folio instructa; in area ⊼ aut simile quid (*Car. D. n.* 139).

130—135. Varietates partis aversae numorum praecedenti similium a delineatore aut scalptore tabularum non perfectae sunt (*cf. Car. D. n.* 140—144).

136. Alius similis praec. n. 129, sed aversae area pura.

137—139. Caput Palladis galea attica cristata monstro Scylla exornata tectum, ut in numis Tarentinis.
)(ΜΕΤΑ. Spica, supra cuius folium aratrum aut clava visitur vel cui noctua insistit (*Car. D. n.* 145, 146, 147).

140. Caput Palladis galea corinthia tectum.
)(ΜΕΤΑ. Spica, super cuius folium cornucopiae (*Car. D. n.* 148).

141. Caput Palladis galea attica cristata tectum.
)(ΜΕΤΑ. Spica, supra cuius folium clava erecta.

142. Noctua oleae ramo insistens; pone lunula crescens?.
)(ΜΕΤΑ. Spica, cuius folio impositus caduceus erectus (*Car. D. n.* 158; sed pone noctuam ΣΙ).
Typus Tarentinus noctuae una cum sigillo caducei sententiae Avellinii de typis Tarentinis in Metaponti numos commercii causa inlatis favere videtur (*cf. Bull. arch. Napol. T. III, p.* 134).

TAB. CLVII.

143—144. Caput iuvenile, coma compta et hedera redimita.
)(ΜΕΤ, aut ΜΕΤΑ. Spica (*Car. D. n.* 159).

145. Caput iuvenile coma demissa et hederae foliis in laureae modum dispositis revinctum; pone Σ.
)(ΜΕΤΑ. Spica; pone noctua stans (*Car. D. n.* 161).

146. Caput simile, coma demissa diademate Maeandri flexibus intextis ornato, et hederae foliis in laureae modum compositis redimitum.
)(ΜΕΤΑ. Spica folio instructa (*Car. D. n.* 160).

147. Caput iuvenile coma composita et hedera revincta.
)(ΜΕΤΑ. Spica folio instructa; in area formica (*Hunter, tab.* 37, *XVIII*).

148. Caput iuvenile, coma ex parte demissa et hederae ramo revincta.
)(Spica folio instructa (*Car. D. n.* 162).

149. Figura virilis capite bovino nuda, palliolo post tergum reiecto et a brachio utroque dependente, d. protenta pateram t., s. arundinem, ut videtur.
)(ΑΤΞΜ. Spica, cui adiuncta locusta (*Magnan. Misc. T. III, tab.* 26; *Avellin. n.* 22; *Fiorelli, Mon. ined. tav. I, n.* 10, *p.* 8).
Minotaurum in adversa vidit Eckhelius; sed Acheloum esse nunc constat collata simili figura licet capite humano cornibus taurinis onusto numi editi a Millingenio (*Suppl. Pl. I,* 1).

150. Figura virilis nuda stans, d. clavam humero impositam tenet, s. lateri admota.
)(ΜΕΤΑ. Spica (*Magnan. l. c. Avellin. n.* 21).
Theseum Minotauri domitorem dixit Eckhelius; sed Minotauro e numo praecedenti remoto, in hoc quoque Herculem Alibae Metabi parentis hospitem et Geryonis victorem agnoscendum censeo (*cf. Nouv. Annales, T. I, p.* 384).

151. Caput Herculis imberbe leonis exuviis tectum.
)(ΜΕΤΑ. Spica, cui adiuncta apis seu musca.

TAB. CLVIII.

152. Caput iuvenile coma compta.
)(ΜΕΤΑ. Spica, cuius folio impositus flos trifidus (*cf. Mionn. Suppl. n.* 713).

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
148	AR rp^3	B†	25	Caput Minervae ad d. armatum galea, in qua nullus exsculptus ornatus. Hordei spica, e cuius culmo folium ad d. divergit, supra quod cornu copiae; pone ΜΕΤΑ.
149	AR	B	24	Iidem typi et inscriptio.
150	AR	B†	23	(Iidem typi et inscriptio.)
151	AR	B	23	(Iidem typi et inscriptio.)
152	AR	B†	21	(Iidem typi et inscriptio.)
153	AR	B†	18	(Iidem typi et inscriptio.)
154	AR	B†	17	(Iidem typi et inscriptio.)
155	AR rp	B†	22	Caput Minervae ad d. armatum eadem galea ac in praecedente; supra literae detritae. Aversa et inscriptio ut in n. 48, et infra folium ΑΘ.
156	AR rp^2	B	21	Idem caput et eadem spica cum folio ad d. divergente, supra quod aratrum; pone ΜΕ.
157	AR r	B	17	Similis, sed pone spicam in aversa numi facie tres literae incertae.
158	AR rp^3	D	58	Noctua ad d. oleae ramusculo insistens; pone ΣΙ. Hordei spica cum folio ad d. divergente, super quo caduceus erectus; pone ΜΕΤΑ.
159	AR rp^2	E	153	Caput Bacchi imberbe ad s. coma ad occiput retorta et hedera coronatum. Hordei spica cum folio ad s.; pone ΜΕ⊥ (sic).
160	AR rp^2	E	149	Caput idem ad s. promissa coma, ornatum diademate, in quo exsculpti Maeandri flexus, et hederae foliis in coronae modum eminentibus. Hordei spica, e cuius culmo folium ad d. divergit; pone ΜΕΤΑ.
161	AR rp^2	E	153	Caput idem ad d. hederae foliis in modum coronae dispositis ornatum; pone Σ. Hordei spica; pone noctua; ante ΜΕΤΑ.
162	AR rp^3	E	149	Caput Bacchi ad d. promissa et cincinnata coma et hederae foliis elegantissime coronatum, e cuius fronte cornu arietinum eminet. Hordei spica cum folio ad s.; ante ΜΕΤΑ.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
163	AR rp^3	E	152	Caput Metabi imberbe ad d. curta coma, duplici corona myrtea ornatum; pone Σ. Hordei spica, e cuius culmo folium divergit ad d.; pone ΜΕΤΑΒΟ (sic nitidissime).
164	AR r	E	150	Adversa ut in praecedente. Hordei spica cum folio ad s.; ante ΜΕΤ.
165	AR rp^2	D†	155	Caput idem, sed ad d.; supra Α Ν Α. Typus et inscriptio aversae ut in praecedente.
166	AR rp^3	E	150	Caput virile imberbe ad d. curta et crispa coma, diademate cinctum, in vertice loti flos; pone Ǝ. Hordei spica, e cuius culmo folium ad d. divergit, super quo locusta; pone ΜΕΤΑ.
167	AR r	E	136	Quinque hordei grana (ut videntur) ita dispertita, ut stellae formam referant. Hordei spica; ante Ε.

Numi Aenei.

	Met. Stil.	Magn.	Pond.	
168	AE rp^3	E†	183	Caput muliebre ad d. inauribus ornatum, collecta coma et eleganter compta; pone corolla. Hordei spica cum folio ad d. inter literas Μ, Ε; pone Herma.
169	AE	E	140	(Caput muliebre ad d. inauribus ornatum, collecta coma et eleganter compta; pone corolla. Hordei spica cum folio ad d. inter literas Μ, Ε; pone Herma.)
170	AE rp^3	E	164	Caput Cereris ad d. inauribus, monili et corona spicea ornatum, curta et crispa coma; ante ΜΕΤ. Hordei spica; pone ΟΒΟΛΟΣ.
171	AE rp^2	E	155	Mercurius palliolo indutus ad s. stans ante aram, dextera manu passa et protenta, sinistra caduceum tenens brachio admotum; pone Ο. Hordei spica, e cuius culmo folium ad d. divergit; pone ΟΒΟΛΟΣ; ante ΜΕ.
172	AE rp^2	D	81	Caput Cereris ad d., promissa coma, inauribus ornatum et spicis coronatum. Duae hordei spicae inter quas ΤΙΜΩΝ; pone ΜΕΤΑ.
173	AE	D	104	Similis.

153. Caput muliebre coma compta inauribus ornatum.
)(ΜΕ. Spica; in area fulmen (*Car. D. n.* 178).

154—156. Caput muliebre coma compta et ampyce constricta, inauribus ornatum.
)(ΜΕ, aut ΜΕΤΑ. Spica addito papilione aut astro (*Car. D. n.* 181).

157. Caput muliebre coma compta et stephane revincta.
)(ΜΕ. Granum hordei (*Car. D. n.* 191).

158. Alius similis sed coma in tutulum assurgente (*Car. D. n.* 190).

159. Caput muliebre, contortis in orbem sinuatisque ad aurem d. capillis; pone Ο.
)(ΜΕ. Spica et herma basi impositus (*Car. D. n.* 168).
Carellius in adv. corollam vidit; sed videtur circellus seu littera Ο, oboli nota (*cf. infra n.* 182; *Hunter, tab.* 38, *I; Mionnet, Suppl. n.* 707).

160. Caput Cereris velatum.
)(ΜΕΤΑ. Spica (*Avellin. n.* 176).

161. Alius similis, sed caput Cereris velatum spicis coronatum, addita in area adversae taeda schidiis duabus praefixa (*Car. D. n.* 187).

162. ΜΕΤ. Caput Cereris coma compta spicis coronatum.
)(ΟΒΟΛΟΣ. Spica (*Car. D. n.* 170; *Motraye, Voyage T. II, tab. VII,* 40).

163—165. Caput Cereris spicis coronatum.
)(ΜΕΤΑ. Spica; in area avis alis apertis aut tridens aut tripus et ΤΙΜΩΝ (*Car. D. n.* 184, 183, 180).

166—168. Caput Cereris spicis coronatum.
)(ΜΕΤΑ. Duae spicae, addito in n. 168 nomine magistratus ΤΙΜΩΝ (*Car. D. n.* 175, 174, 172).

Tab. CLIX.

169. Caput Iovis Ammonis barbatum cornu arietino insigne.
)(ΜΕΤΑ. Spica, cuius folio imposita taeda schidiis duabus decussatis praefixa (*cf. Avellin. n.* 167—169). Vide supra (*Tab. CLIII, n.* 96—98) numos argenteos similes et eiusdem moduli.

170. Caput Apollinis coma in collum demissa laureatum.
)(ΜΕΤΑ. Spica et tripus.
Confer supra descriptum similem numum argenteum (*Tab. CLV, n.* 125). Spica tripodi Apollinis adposita referri videtur ad messem auream, *χρυσοῦν θέρος*, Apollini Delphico a Metapontinis dicatam (*Strabo VI, p.* 406; *cf. Bullett. arch. Napol. T. III, p.* 32).

171. Caput Solis s. Orientis adversum radiatum.
)(ΜΕ. Tria hordei grana in modum stellae disposita, addita eis face ardente (*Car. D. n.* 203; *Hunter, tab.* 30, *XXV*).
